

SEELERT

Lvania

maiko

SAMVELIS KÖLESERI

DE KERES-EER

AVRARIA
ROMANO-DACICA,

VNA CVM

VALACHIAE
CIS-ALVTANAE SVBTERRANEAE
DESCRIPTIONE

MICHAELIS SCHENDO, R.C.EQ.
VANDERBECH.

ITERVM EDITA

CVRIS

IOANNIS SEIVERT.



POSONII, & CASSOVIAE.

SVMPTIBVS IOAN. MICHAELIS LANDERER
TYPOGRAPHI, ET BIBLIOPOLAE.

I 7 8 C.



ME FŐKÖNYVTÁR
2604
LELT-ELLENŐRZÉS

2004 Szept 08.



SALVTI POPVLORVM
INVICTO CAESARI
C A R O L O
A V G V S T O
GERMANICO. HISPANICO. PAN-
NONICÓ. BOEMICO.
DACICO.
DIVI LEOPOLDI MAGNI
FILIO.
OPTIMO. PIO. PATRIAЕ PATRI.
BEL-

BELLO GERMANO-HISPANO-
GALLICO

FELICITER FINITO.

PACE TERRA MARIQVE IN
OCCIDENTE PARTA.

PRINCIPE HAEREDITARIO
DACIS DECLARATO.

SENATV NATIONALI
CONSTITVTIO.

OFFICIIS ADSIGNATIS.
SECVRITATE PVBLICA ERECTA.

BARBARIS EVGENIO DVCE
AD VARADINVM PETRI STRATIS.
TEMESVARO CAPTO.

HVNGLRIA LOCVPLETATA.
DACIA RESTITVTA.

ET

CONFINIBVS AVCTA.

POSTERIS EXEMPLO.
AETERNAE GRATITVDINIS
ERGO.

FIDE CVLTV ET OBSEQVIO.
NVMINI MAIESTATIQVE EIVS
DEVOTISSIMVS
GENICVLANS
EX VOTO.

D D C.

Tua



TV A equidem, AVGVSTISSIME PRINCEPS, Pietas optaverat, vt quam tardissime AVGVSTO succederes FRATRI; sed arcana Fatorum vis, benignitate quadam, virtutes TVAS ad Gubernacula Reipublicae nostrae, admouere festinauit. Summa (si Jouem tangere licet) animi moderatio, indefessus pro salute subiectorum labor, librata in omnibus aequitas, oculatissimum regimen, quid? nisi felicitatem Prouinciis, felicitatem fidelibus subditis, et quicquid incolume, ac publicae, privataeque rei salutare, id est, Seculo TVO dignum est, nobis pollicentur. Tot Regnum Atlas, tot diuersae originis Populorum Publicus Pater, paternas aequa

manu metiris curas; succollas saluti humeros, iura, legesque, vt TE singuli verum Patriae Patrem agnoscant, cunctis, statuis. Pietatis in subditos documento est, quod sublimi, quo inter Christiani Nominis Ciues stas fastigio, indignum haud censueris, Transiluanae Provinciae Principem, appellari; quae, dum decus, formam, imo pretium inde accepit, et splendoris sui apicem attigit: fidelis obsequii gloriam iugi aemulatione mereri connititur. Nos ideo, non tam Felicem TE, quod fortunae donum est; non Magnum, quod prope assentationem est; sed Optimum appellamus. Quia sic meruisti; vt abeat in Secula: TE non minus cum CAROLVM, quam, qui OPTIMVM DACIAE PRINCIPEM appellat, designari: A luce TVA illuminari, a calore incalescere, a spiritu animari; pressi a TE erigi, neglecti solari optamus; jactati, ceu sacrae Salutis anchorae, aequitati

TVAE,

TVAE, innitimus; et per bonam conscientiam, ad usum indulgentiae TVAE, TE prouocamus. Parces nihilominus ausibus meis, INDVLGENTISSIME IMPERATOR, qui grauibus Regnorum TVORVM Curis, dum unice a TVIS humeris totius Europae pendet Salus; nostra a Barbaris extorquenda securitas, TE districtum; leuiuscule, sed TVO interpello. TVA enim Dacia. TVA eiusdem Auraria. TVVS, qui de genu compellat, ciuis est. Aurariarum Dacicarum Praefecturae, ut sub Augustissimis, LEOPOLDO Patre, JOSEPHO Fratre, ELEONORA Matre, pro commodo Domus Augustae incubui: hoc quicquid est speciminis, ad benignissimos TVOS pedes SACRATISSIME PRINCEPS, demississima cum veneratione depono. Approbationis spe, quia ab Optimo, fretus: ut annos fidelium subditorum, in charam DEO, charam saluti Publicae, charam,

¶

fidi Daciae, Maiestate, DEVS con-
ferat; Virtutes TVAS, Triumphis,
victoriis, perenni gloria ac aeterna pro-
genie, augeat, omnimodam felicitatem
AVGVSTAE DOMVS, pedisse quam
esse velit, supplex vota fuscipio, et
ad feram posteritatem exsoluenda, nun-
cupo.

AVGVSTISSIMAE CAESAREAE, CA-
THOLICAE, REGIAEQVE
MAIESTATIS

CLEMENTISSIMI mei **PRINCIPIS**

*humillimus, perpetuoque fidelis
subditus*

S. KÖLESERI.

PRO-



PROLOQVIVM AD LECTOREM.

Metallurgiae Romano-Dacicae, in
Aurariis, specimen, promissa
vadimonio liberaturus, protru-
do in publicum. Non quod seuerioribus
studiiis ac consortio Parnassi adsuetis,
tantillum placitum mihi augurari au-
deam, multo minus, ut in apice montis
locum inveniat, praesumam. Patieris ta-
men Lector beneuole, ut in imo collis
angulo, ad quem e longinquo Phaebeae
citharae tandem pervenit sonus, innoxie
suspensum, Tibi ascendi, hac styli, re-
rumque mixtura, interludiorum more,
fallat tempus & fatigium, De Auro
mihi



*mihi sermo est: cuius tam quaeſiti, quam
inuenti, conditio varia. In limo quippe
quaeritur, ex tenebris educitur, aeterni
liquoris vomica abſorbetur, igne excoqui-
tur, aqua depuratur, fuliginosis obſcu-
rorum hominum manibus ſacra imagine
veſtitur, colore oculos & cor percellente
donatur, tandem in ſcriniis & quicquid
ſacrum intimumque eſt, reconditur. In-
uenti potefas latiſſime diſfunditur. Si-
quidem*

Aurum onines vičta iam pietate
colunt.

Auro pulſa fides, auro venalia iura,

Aurum lex ſequitur — — —

Et

— — — Per medios ire ſatellites
Et perrumpere amat faxa, potentius
Ictu fulmineo. — — — — —

*Diuerſum ideo traſlandi modum ecur-
carpas aut mireris? Maxime, ſi ſuperad-
dideris, viciſſitudinum ſtatus humani &
iis ſolis proprii, qui non imaginationem
ſed defaecatum intellectus lumen, non va-
ria-*

riabiles vulgi opiniones, sed realem veritatum vim, non umbras, sed corpus, nec cuiusdam pietatis fasciis, inuolutam hypocrisin sectantur, in auro, Symbolum inueniri conuenientissimum.

Tetigi multa extremo quasi penicillo, non onerosa mole, sed striduris gratificaturus; nec omnia quae potui, sed quae voluisse conditio fert. Polita satis, atque deasciata, non sunt, fateor, quia carptim facta, & inter negotia natq. Ornatus deest, quia figurae artificis opera destituntur. Ecquid cultiora praetendas in Prouincia, ubi defunt Literis ingenia & ingeniis Patroni? Res tamen combinandas non segrego, nec theoria praxin defraudo, mihi incombinabilibus, cothurnatisque aenigmatibus imponi non patior, sed & veritates a priori indagare, non fastidio; facta, dictaque, cum integritate refero. Si capax omnium non sum, sciendi tamen & in ignota inquirendi & cu-

pi-

*pidum & tapacem me sentio. Rem ab-
strusam in tenebris Aulae subterraneae
quaerito, luce ideo haud obscura indigeo,
quam quiscunque, modo ingenuus, mihi
praetulerit, lubens sequar, meliora am-
plectar, plura edocitus, gratus agnoscam.
Interea prout Plinius passerculis & colum-
bulis suis, inter aquilas dari pennas, si
placuerint; sin minus, continendos cauea-
nidoue, optauit: Sic, squallidulum, quem
hic vides, Aurileguli laborem, ex inten-
tione pensa, valorem, si vis, eidem im-
pertiri, sin minus, in limo relinquas. Non
tamen desinam bene velle, bene precari.
Vale.*

Cibinii Transiluanorum
X. Calend. Mart. A. D.
M. DCC. XVII.

GEOR-



GEORGIVS PRAY LECTORI SALVTEM.

Cum alia opera KÖLESERII fere omnia, tum hoc in primis, cui *Aurariae* nomen fecit, ac Cibinii anno M. DCC. XVIL vulgariterat, ita rara sunt, ut difficillime, nec, nisi exaucto pretio, comparari iam possint. Pauca enim huius praecipue opusculi, exempla, ne prae copia vilescerent, Author ipse typis exscribi voluit, et ex his magna pars ob argumenti praestantiam, et nouitatem, primus enim omnium, ut reor, rem metallicam Transsiluaniae literis complexus est, ad exterias regiones deportata fuere.

Id in causa erat, cur *Aurarium* secundis curis cognoscendam sumeret Cl. Joannes SEIVERTVS, in villa S. Humberti (Hammersdorff) non longe Cibinio diffita facrorum apud Saxones Minister, vir amicitia, et studiorum communione mihi iunctissimus, editisque variis opusculis, multiplice eruditione refertis, quibus Historiam Patriae suae mirum in modum illustrauerat, orbi Litterato, etiam me non inveniente, late cognitus.

Atque

¶¶¶¶¶

Atque in hac quidem altera editione ita Vir doctus versari constituit, vt, quae ad metallurgiam pertinent, ea, quoniam sui instituti non sunt, intacta finat: in illis contra, quae ad inscriptiones Romanas spectant, tum nummos aureos eorum, qui Transsiluaniae praeyerant, haec enim KÖLESERIVS quoque ad oblectandum Lectorem operi suo, cum usus ferebat, immiscuit, in his, inquam, id boni publici causa, sibi licere putabat, vt, quae ille non optime legerat; rescriberet, sarciret manca, et quae in re praesertim nummaria illum latuere, in medium depromeret, notasque, ob quas ei gratiam Eruditum merito habeant, locis obscuris itidem subiungeret. Quo factum est, vt ex illustrium, doctorumque, quos nominatim indicat, virorum Cimeliis insignia ad Transsiluanicam rei nummariae Historiam auctaria adiecerit, essetque hic praestantissimi Viri conatus fortasse omnibus numeris absolutus, si et nummorum typos exhibere, et consulere praeterea potuisset Nummophilacium Illustrissimi D. Comitis MICHAELIS VITZAI, quod, citra inuidiam aliorum id dictum velim, omnium forte, quae in Hungaria, et Transsylvania existant, praestantissimum habemus.

Aurariae, et ob materiae similitudinem, et utriusque summam, cum vixerunt, animorum coniunctionem, adiecta est descriptio *Valachiae subterraneae*, Michaelae SCHENDO R. C. Equite Vanderbechio au-
tho-

thore, in modum epistolae ad KÖLESERIVM exarata. Opusculum quidem mole exiguum, ac ab authore Venetiis in scripto periodico *Galeria di Minerua ria-perta* anno 1724. vulgatum est, nostris tamen, iisque per paucis cognitum, dignumque propterea, cui recudendo CL. SEIVERTVS manum admoueret. Argumentum eo prorsus tempore, quo Valachia cis Alutam flumen versus Temesiensem agrum porrecta, per pacem Passarouicensem anno 1718. die XXI. Julii consecratam, pristino Hungariae iuri asserta est, SCHENDO natum fuit, quo is in familiam STEINVILEI summi armorum per Transiluaniam Praefecti, cooptatus, ac Medici praerogatiua ornatus, cum eodem res prouinciae recuperatae coordinaturo, in Valachiam, concesserat. Erat in eodem comitatu Centurio, nomen non est proditum, Mathematics disciplinis ap prime addictus, qui interea, cum SCHENDVS illic divitias naturae rimatur, prouinciae situm, locorumque positus magna diligentia, et studio dimensus in chartam coniecit. Haec mihi forte fortuna in manus. Quam, cum nondum, quod sciam, edita sit, et Schendi epistolam ex parte illustratura videatur, tabulae aeneae incidendam curauit. Id quoque dedi operam, ut CL. SEIVERTI animaduersiones, et auctaria, quae ad KÖLESERIVM fecerat, minoribus litteris exscribentur, quo, quid cuique tribuendum sit, Lector ne nesciret.

Erunt

* * *

Erunt forte , qui SCHENDVM , nam KÖLESERIVS
Eruditis iam aliunde , et ex Cl. Stephani VESZPRE-
MII , Debrecinensium Physici ordinarii centuriis Me-
diorum Hungarorum nuper editis , cognitus est ,
qui SCHENDVM , inquam , eiusque characterem fami-
liarius pernoſſe cupiant . Fuit is natione Graecus ,
ab Caesare , postquam ad ditiones nostras transiit ,
dignitate Equeſtri ornatus , quod ipſe hoc epigram-
mate fatetur :

Greacia me Schendum , Van der Bech aula vocauit ,
Neutra fuit studiis vel ſemel aequa meis .
Damnarunt ſortem ſemper peragrantis amici ;
Alterius non eſt , qui ſuus eſſe poteſt .

Quod de aula ait , vereor , vt ita habuerit : de
ſtudio autem viſendarum prouinciarum , res eſt ex-
tra ommem dubitationem poſita . Nam Erronum fe-
re praecipuuſ ſuiſſe SCHENDVS videri poteſt . Vix
operam ſuam STEINVILLEO in Transſiluania addixe-
rat , cum a Principe MAVROCORDATO grauiter aegro-
tante Bucaſtinum euocatus , depulſo eius morbo ,
ac STEINVILLEO Deuae anno 120. die XXI. Octobr.
interea defuncto , domicilium illic figere meditabatur .
Sed breui poſt , cum non rogatus publicis , et palatinis
rebus ſe imimifcat , infalutatis omnibus ad Transſil-
vaniam remeauit . Vt eius abitus , fugae ſimilis , pa-
rumque iibi honorificus ſpargi coepit , apoloſiam ſub-

nomine *Conradi du Scheben*; Empiricae suae Illustri Augustae Vindelicorum anno 1723. editae praefixit, virulentam illam sane, et praeter Medici decorum, plenam hilis. Eodem anno Transsiluaniam pertaesus, Germania, in qua magna honoris significatione ab Maximiliano Bauaro Electore acceptus est, tum Italia, Portugallia, et Hollandia lustratis, Venetias sequente anno appulit: qua in Vrbe, vt sibi ab infidiis, vt putabat, Principis Maurocorodati caueret, semper larvatus incedebat. Venetiis Petropolim anno 1724. iam secundum a Moldauo Principe Cantimiro Praefide accersitus, Bononiam, Florentiam, Liburnum, ac Genuam petiit. Prius Liburno tamen quam abiaret, KÖLESERIVM et OBEREVRGIVM Augustanum conditis tabulis haeredes scripsit: tum ex itineris opportunitate praecipuas Galliarum, & Hispaniarum vrbes mari adfitas percursans, Amstelodaimum die XXIX. Iunii peruenit: vnde datis ad KÖLESERIVM die XXVIII. Iulij litteris in haec verba scripferat:
Iacta est alea, nec licet reuocare pedem. Quo fata ducunt, parendum est tempori. Spero enim, me in barbara (parum id certe Petropoli, iam tum scientiarum et elegantiarum vrbi congruit) terra humaniorem experturum fortunam, postquam in humaniori, ac cultiori barbarum perpeccus sum. Si aura Russica non faueret, victoriarum, & commercii opportunitas lute patentem Persiam, Mogulum, Sinenses, Indos mihi exhibet, apud

quos, mibi valere; ac vivere doctus, meorum annorum numerum expleam. Amstelodamo Hafniam nauigans, indeque rursum mari se committens, in classem Russicam ab Archithalasso receptus, Petropolim die XV. Octob. eodem anno incolumis tenuit.

Quo euentu hic acceptus, cuique sit muneri praefectus, anno 1725. die XII. Maii KÖLESERIVM edocuit. Quod ego, scribit, in prioribus notum tibi feceram, hoc tibi repetere praesentibus teneor; me videlicet ad huiusc Imperii seruitia suscepimus, tamquam suae Maiestatis exercituum Medicum, et actualiter in generali Nosocomii Petroburghensis inspectione, ac directione occupatum, cum annuo DC. aureorum Rublonum stipendio, praepter quartirii immunitatem aliaque huiusc concomitantia, in urbe proceribus rogatis, quam sagatis reserta. - - - Contraxi ad quadriennium, quo effluxo spatio libera mibi, et per ampla facultas, vel alio transmigrandi, vel nouis conditionibus pacisciendi. Quamquam haud multo post tempore aemulos, seu scientiae suae in curandis morbis, ut is existimabat, praecellentia, seu, quod malim, fastidioso ingenio sibi consiceret. Rursus enim ad KÖLESERIVM die XXVII. Octob. eiusdem anni ita: Diebus hisce ad Sinenses cum nostro Ablegato transmigrare sollicitabar. Videlicet, promoueatur, ut amoueatur. Sentiebant, qui proxim meam Petropolitanam felicissimam, & foecundissimam haud aequis oculis respiciunt. Discessit Legatio,

¶

uno tantum chirurgo contenta ; cum ego absolute recal-
citraverim Sed id vt cunque fuerit : illud memoria
dignum, quod ibidem subiungit: *de Borealibus gentibus
et vestigia Hungarica inuestiganda, sollicitus sum, ut tibi
morem geram.* Gentes Finnicae, quibus hic tamquam Vala-
chis Saxones, ad domestica seruitia utimur, linguam loquun-
tur, quae non valde ab hodierna Hungarica abludit. Mox
sedata, aut compressa aemulorum inuidia, Naturae curio-
rum Academiae membrum se esse declaratum littera-
ris die XXIV. Febr. anni 1725. ad eundem KÖLE-
SERIVM exaratis significarat: *Hicce, ait, tibi signifi-
candum duxi;* Cl. Lucam Schröckium, Academiae Na-
turae curiosorum Praesidem, me in eundem celeberrimum
ordinem cooptasse, & consueto diplomate diebus hisce
decorasse, nomine CRITODEMI me insigniendo. Ha-
bebit ergo Chrysippus insuper in amico Cosmopolita Cri-
todemum collegam, quem & in Regio-Borussicam socie-
tatem breui admittendum, eruditorum quorundam fauor
perare iubet. - - - Mibi pro praesenti anno exercitus
in Europa acturi tractatio incumbit, adeoque auctis in-
signiter emolumenis, et honorabiliorem sortitus statio-
nem, Castra vere futuro sequar, atque vitam itinera-
riam repetam.

Haec hactenus. Quibus deinceps vicissitudinibus
sit actus, compertum non habeo. Nec enim, quos
consulam, libri ad manum sunt. Caeterum fuisse
virum doctum, et, si paulo cultius scripsisset, etiam

❧

disertum, ex iis, quae diximus, facile efficias. Superciliosus tamen erat, et parandarum fortunarum immodice studiosus. Sunt enim hodie etiamnum superstites, qui eum, dum Cibinii ageret, prope LX. rarissimo nunc inter eruditos exemplo, aureorum nummum millia habuisse affirment. Hinc illa familiaris ei paraemias:

Quisquis habet nummos, secura manigat aura,
Fortunamque suo temperat arbitrio.

Fastum autem viri satis produnt versus, quos saepe intempestiuos fundere confueuerat. Ita, dnm Petropoli, quantum coniicio, ageret, de se:

Vanderbech est hic, semper peregrinus in orbe,
Qui nulla longas nouit in vrbe moras.
Figeret hunc vni tandem si Iuppiter vrbi,
Maior in vrbe foret, qui minor orbe fuit.
Rursum se se indicans:
Si pro fronte foret potius fas sistere mentem,
Orbis prodigium diceret ingenium.
Quicquid in amissis quaerit noua Graecia Musis,
In se hic collectum Panzophus vnuis habet.

Sed haec ex epistolis CL. SEIVERTI ad me datis delibasse fatis fuerit; alioqui metuo, ne haec de SCHENDO commentatiuncala, amplior, quam eius Valachia subterranea, euadat. Vale. Dabam Budae XIV. Calendas Decembres Anno M. DCC. LXXIX.



AVRARIAE ROMANO-DACICÆ

C A P V T I.

Historiam Aurariarum Romano-Dacicarum exhibet.

I.

Cuncta Diis plena esse, credidere olim Philosophi; siue quod diuinum Numen nulla extensione spatii includi, nulla loci intercapedine excludi; nec villam rem, quae non ipsius ope indigeat, subsistere, siue quod insueta subinde euenire, quae cum simplicissima admiratione, ad solius Numinis, tanquam cauffae immediatae concursum, ac arbitrarium nutum, vnicē referenda esse, animaduerterent,

Ita equidem est, vt vel ipfis tacentibus, vel etiam audaci stultitia pernagare admittente; quicquid vñquam perfectionis, quicquid realitatis dari, vel posteriori rationis lumine concipi, et excoigitari potest, id inquam, omne, Entis summe imo infinite perfecti attributum esse; absque illo, nec esse, nec concipi posse, infinita, quae in nobis, penes, supra et infra nos ordinatissima se prodit varietas, inuitis licet, euidentissimo sit argumento.

Admirationem fouens superstitione, per damnosam cumulabitur ignorantiam, et diuini Numinis maiestaticus occultabitur vel maxime splendor, dum concatenata rerum series, Legumque a sapientissimo Legislatore ordinata vis, per fortuitos casus, facultates inactuofas, latentesque partium qualitates, aut purum, necessariumque nullo rectore oscillantem Mechanismum, eluditur.

Infolens contra intellectus humani praeco est, qui eidem nil imperium, nil latens, nihil quod Mathematica non fit demonstrabile euidentia, ex imaginariis saepe, vel propemodum falsis principiis,

cipiis, persuasum velit. Voluntati in tantum derogans, in quantum infinitudine quapiam omnia volendi, h. e. amplectendi, vel auerandi praedita, arctissima intellectus capacitate nobilior, amplior, latiusque patens esse deprehenditur.

a. Sed et magnifica nimis est ambitio, omnia propter hominem, et pro homine condita, et facta esse, turgida philanthropiae opinione sibi blandiri. Ecquid enim infinita coelestium corporum systemata? quid vorticofae fixarum moles? quid mundi planetarii ad hominem? quid filens terrae cortice tecta subterraneorum panspermia? quid in imis recondita, ornatissima, nisi quod lumine destituta Aulae subterraneæ Architectura? quid licet in oculos cadat, in sensus irrumpat, pedibus, manibusque tractari queat, non attendentes obuia iuvant? Nisi attentio, sedula inuestigatio, ac iusto labore parta condecens applicatio, usum euincat, ecquid punctulum excentricum tantae peripheriae radios in se terminari arrogat?

Quod equidem prope hominem est, explendae necessitati, imo, et ambitioni sufficit. Sed quo oculorum acies, vel intellectus solius radii pertingunt; id praeter necessitatem in usu vitae, exercendae saltem propriae scientiae, perscrutandae sapientiae, infinitaeque summi Entis potentiae; soluendae ideo obligationis, incitamenti adiumentique loco merito habentur.

Minimum eorum, quae cominus sunt, scimus; vix ultra punctulum nostrae scientiae pertingit horizon; intra tot pollicum decempedam occupatur manuum labor. Similes nebulosa tempestate iter regium emetientibus, loci, quot tendunt, et quae praeteruehuntur, non nisi palpando gnaris, sublata nebula circumfusam amoenitatem demum animaduertentibus; saepius infinita naturae miracula obductis ignorantiae caligine oculis, vel desidiosa indormitatione, vel spontaneo non plus ultra conatu, negligimus, saepe infisci ingentes viscerum terrae thesauros plumbeis calcamus pedibus, nulla arte imitabiles naturae mechanizantis lusus, secunda vela, faciles vitae bene, commode ac placide ducent.

cendae remiges, praeteruehimur inanimaduertenter: diuitias intelligo subterraneas, quas qui possederit, ille

*Clarus erit, fortis, iustus, sapiens
etiam et Rex
Et quicquid volet - - -
- - - omnis enim res:
Virtus, fama, decus, diuina hu-
manaque
illis parent.*

3. Cum autem non quaevis has tellus
nat, vti non quilibet hyacinthos, ro-
fasque olet ager: vbi recondidit, ac re-
condita detegi sruerit, summus ille
Promus Condus, maiestaticam, et apud
inferos Numinis aulam reuerenter non
intrare, mirabili nexu, ac concinnitate
locatos hosce thesauros fatagenter non
scrutari, detestandae foret socordiae;
quae nisi in indignum indigenam, sru-
que oblitum ingratum cedere incolam,
inficiabitur nemo.

Inter homines, varii honorum gradus
praeminentiaeque tituli, solius omnino
funt opinionis: quam saepius aliquot tan-
tum syllabarum imaginarium auget, fouet-

que additamentum, pretia ipsis addendo auaritia vel ambitione. Sed habitationis diuersitas, terrae quam incolimus, varietas, prouentuum tellure natorum, vnius prouinciae p[re] altera foecunditas, aut sterilitas: vel, vt vna naturae prodigalitate superbiat; altera graui sudore tenacitatem lugeat; dormientibus, vel aliud agentibus profuse largiatur, quod affidue quaerentibus alibi iuuideat, fortilegae perfectionis et legislatoriae potestatis est indicium; culturae ac industriae exercendae calcar et incitamentum.

Europam habitabilium terrae partium respectu angustam; sed ingeniorum politura, morum rerumque ad usus vitae et omnem commoditatem ad luxum usque inexplebilem aptatarum cultura, neo-inuentorum copia, angustissimam nobilissimamque merito dici apud omnes in confesso est: at si *Daciam*, extremum hunc Europae angulum, situ, fertilitate, commoditate ac omnium naturae thesaurorum concentratione foecundissimum, nullique Europae parti primas cedentem dixero; ubi euictum sequentibus animaduerterit, negabit nemo, inuidebit nemo.

Esto

Esto pro gloria , vel si aequius iudicas,
compassione : tacere vicissitudines , non
recessere, quibus obnoxia fuit, ex quo ha-
bitatur, reuelationes, si non continuas fal-
tem haud longis interuallis terminatas ar-
morum vltro citroque inundationes , con-
fusas inde euerstiones , depopulationes,
verbiumque mortes; nec non bellicis in-
felicibus grauiores incolarum inter se col-
litiones ; vt vel auram inquietudinum
matricem , vel Martem vltorem hoc
theatro mire delectatum , credere ne-
cessere habeas ; imo id vnice admiratione
dignum supereesse videoas , quod habitato-
ribus toties excussa , ac iactigationibus
tantis collisa , vastitati , ferarumque se-
curitati damnata non manferit : nisi vel
sumus eius luçulentior alieno igne , vel
vbertas inquieta , sterilitate tranquilla
potior habitu fuisse.

Quid vllibi natura parens impertita
est , quod huic denegasset ? Quid mune-
ris loco largita est ; quod huic surripuis-
set ? Coelum amoenum est , tempestati-
bus , et procellis non turbidum , nec fra-
gofum , aér ventilatus , regio montibus
coronae ad instar circumsepta , collibus,
vallibus omnis generis frumentorum , et
fru-

fructuum germinatione foecundis, ac altero tanto si in planum ducerentur longiorem, et latiorem redditibus locupletata; fluminibus, fluuiis, et annibus non pisces solum, sed et fuluam auri arenam vehentibus, irrigua. Metallis, et Mineralibus plus quam vlla Europæ prouincia grauida, et laboris in eruendo facilitate conspicua. Hic forte est vellus aureum, cuius desiderio capiuntur tot Iasones, hic fabulosus

*Pelopis altis nobilis in stabulis pecus,
Arcanus Aries, ductor opulentis gregis.
Huius per omne corpus infuso, coma
Dependet auro, cuius a tergo noui
Aurata Reges sceptra Tantalici gerunt,
Possessor hujus regnat, hunc tantæ
domus*

Fortuna sequitur.

Senec. in Thyest.

5. Defuisset dominatui Orbis Romani plurimum, nisi fortissimus Princeps, *Traianus*, tam iniuriarum ab incolis acceptarum pertaesus, quam terrae bonitate allectus, Dacia ceu locuplete cunctarum rerum *Cornucopiae* potitus fuisset; nisi nobilissimum hunc adamantem legibus Ro-

Romanis subiecisset, institutis ornasset, publicae, priuataeque rei commodis auxisset, utilem aequem ac necessariam regio ausu effecisset.

Optimus ideo Felicissimus et Prouidentissimus Princeps a Senatu, Populoque Romano appellari, prouti antea Germanici, ita iam Dacici titulo ornari Germanicus, et Dacicuſ effet ut titulis, fatis, meruit.

6. Inde aeternitati honoris eiusdem sacram, victoriae Dacicae monumentum nulli secundum, et quantum intersit rebus Romanis Daciam subegisse testimonium immortale, sumptuosam, ac Romana magnificentia dignam erigi iussit Roma *Columam!* Sed nondum gratitudinis fatis, et *Vota* nuncupata pro Traiano, annisque singulis in omnibus Prouincialis renouata; testante praeter obuia numismatum documenta, *Plinio*, Libr. X. Epist. XLIV. *Solemnia Vota pro incolitate Tua, qua publica salus continetur, et suscepimus pariter, et soluimus, precati Deos, ut velint ea semper solui, semperque signari.*

Prima prostrato exercitu Dacico, sublato rebelli Rege Decebalo, expugnata metropoli, et ad alpes Scythulas, siue Sauromatarum confinia, prouincia subiugata, cura fuit Traiani, *Securitati* non solum publicae; sed et *utilitati* consuleare, ponderatisque rationibus, sic locare Colonias, erigere Municipia, iura Ciuitatum stabilire, vt fertilis prouentuum fructus, tanto abundantius lucro cederet, et vnius folius radiis illustrata, digna Romano orbe Prouincia haberetur.

7. Rei cumprimis Metallicae, cui *Salinaria*, et *Lapidaria* acceſſit, promouendae cauſſa plurimam posuisse industriam, et belli neruum in regunda neo-prouincia Augustum eo intendiffe, vt *Securitas* non minus, quam *Felicitas*, et *Abundantia* Daciae in numis alternatim memorari, ipsa *Dacia Felix* nuncupari meuerit.

CVIVS VIRTVTE DACIA
IMPERIO ADDITA FELIX EST. *

Prout

* Pars Inscriptionis Hadriano Augusto Sacrae. Inscriptiones *Securitatem*, *abundiamque Daciae* praedicantes, in numis ego quidem haud inueni, nec in vlo, exceptis Traiani Decii numis, *Daciam Felicem*.

Prout hodierna adhuc evincunt rude-
ra, capta ex quotidiano foenore osten-
dunt documenta.

Romam, *Terrarum, Gentiumque Deae
se aeternae urbis* titulo, summae, per-
petuaeque felicitatis superba expressione
in signitam Romani voluerunt; et *felices*
appellauere Provincias, quae siue fo-
deris, sine obsequiis leges, ab hac acce-
pero, ad alliciendas non minus inimicas
gentes, quam in officio tenendas hac
perfusione, sibi subiectas.

Hoc nomine insignis Dacica inscriptio
marmoris *Ostrohiensis*, gratulatur Tra-
iano:

SPEI VIRTUTI VICTORIAE

D. D. D. i. e. Deabus.

QVARVM NVMINE PROSPERITAS

ET HONOR IMP. CAES.

TRAIANI SVCESSV FELICI.

AVCTA SVNT. Q. AXIVS AELI

ANVS PROC. NV

MINI EIVS

L. D. D. D. *

Sic

* De hac aliisque ab auctore prolatis inscri-
ptionibus, vide sis n. *Inscript. Monument. Rom.*
in Dacia Mediterranea.

Sic gratulatus est Senatus Romanus *Virtuti et Felicitati* Traiani in numo argenteo, qui Traiani caput laureatum cum inscriptione: IMP. TRAIANVS AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. C. VL. P. P. et ab altera parte, duas Figuras stantes, illam galea cum hasta et parazonio insignem; hanc caduceum, et Cornucopiae gerentem cum Inscriptione: VIRTVTI, ET FELICITATI, quae sub Traiano copulantur, ostendunt. Similis gratulatio.

Axii Aeliani super ultima victoria, et stabilitum in Daciis regimen, visitur:

FORTVNAE.
REDVCI. LARI.
VIALI. ROMAE.
AETERNAE.
Q. AXIVS. AELI
ANVS. VE. PROC.
AVG.
IONI.

Quasi Fortuna, iam Dea domestica, vialis, i. e. viam ad victoriam monstrans, facta fuisset: *

Daci

* Errat auctor, atqui in lapide non de Fortuna Viali, sed *Lare Viali* Sermo est. Lares enim non se-

Daci variis proeliis laceffinere Romanos, et sub Domitiano, *Oppio Sabino*, Consulari, opppresso; ex post cum *Cornelio Fusto*, Praefecto Cohortium praetorianarum, cui belli summa commissa erat, acerrime dimicantes, tandem a Traiano victi, non dum tamen subacti fuissent; nisi secunda expeditione virtute Traiani pro gloria populi Romani ardua rem agentis deniciti, ita ad leges victoris se se componere cogerentur, ut non amplius Dacorum, sed Romano-rum, imo *Augusti Prouincia* audirent.*

¶ In qua, utilissimo instituto erexit prouidentissimus Princeps, celebre, et in aliis Prouinciis Romano Imperio subiectis, quod sciam, vix memoratum *Aurariarum Collegium*.

Col-

tolummodo aedium, sed etiam viarum, itinerumque Deos suisse, noto notius est. Hinc Ouidius *Faſt Libr. II. de Lara* matre:

Fitque grauis, geminosque parit, qui compita feruant,

Et vigilant nostra semper in aede Lares.

* In nomis Traianei aereis occurrit: **DACIA AVGVSTA PROVINCIA**. al. **AVGVSTI**. al. **AVGVST.** cum typo Dacie capite spicis cineto, sellae rupibus impollatae insidentis, dextra aquilam legionarium tenentis, cui duo pueruli adsistunt, hic spicas, una botrum alter, porrigentes. Adsumt figiae: **S.C. Conf. Mediebarbi Numism. Impp. Rom.**

Collegia apud Romanos, fuerunt corpora, seu sodalitia, Senatus consulto, et constitutionibus principalibus confirmata, paruamque sub Republica Rempublicam constituentia, quorum id iuris fuit, ut res communes, arcum communem, actorem, Syndicum, per quem tanquam in Republica quod communiter agi fierique oporteat, ageretur, haberent; leges, publicis tamen non contrarias sancirent, &c. Numerantur similia Corpora, seu Collegia quam plurima, inter quae sunt: Aurificum, Argentariorum, Fabrorum, nec non Capi- tolinorum, Mercurialium, Fabricentium, Augurum &c. *vid. Script. Rer. Romanae.*

Suetonius sub Caesare Octauio Aug. memorat: *titulo noui Collegii ad nullius non facinoris societatem plurimas factio- num coiuisse*, ac ideo Augustum, *Colle- gia praeter antiqua, et legitima dissol- uisse*, h. e. numero Collegiorum ex- missse. *Cap. XXXII.*

Ad exemplum vrbis Romae, in aliis quoque iuris Romani Civitatibus, Mu- nicipiis, et Coloniis similia Collegia pa- sim

sim instituta: *Plin. Libr. X. Ep. 42.* Tu Domine dispice, an instituendum putas Collegium Fabrorum duntaxat hominum CL, ego attendam, ne quis nisi faber resiplatur, neue iure concessō, in aliud utatur. Nec erit difficile custodire tam paucos. Sic Collegium Centonianorum Municipii Mercuriosae, Rauenatis Saffinatum, in Inscriptionibus Gruterianis; se inauratorum, Bracleariorumque Collegii Concordia, memorantur.

* Marmora Daciae conmemorant Collegia: *Aurarium, Negotiatorum, Hecatenorum, Fabrorum, et Dendrophororum.*

Memoriale instituti Collegii Aurarium exhibit marmoris inscriptio *Zalaknae* inuenti: in quo ex familia Romana Lucius Calpurnius nomine publico, ex voto:

I. O. M.
PRO SALVTE IMPERATORIS
COLLEG. AVRARIARVM
L. CALPVRNIVS
D. D.

Ex ruderibus Patroiffae ad Zalakanam metallicam, de qua infra, eruta,
C 2 non

non pridem columna cum simili obsequii
contestatione :

PRO SALVTE
DOM. N. N.
L. SEP. SEVER.
ET.
M. AVR. ANTO-
NINI ET
- - - - -
CAES. AVGG.
CVLT. IOVIS.
D. DICAT.
VIII. K. AVG.
MVCIANO ET FA
BIANO. CONSS.
COLL. AVRAR.

Similis huic visitur inscriptio marmo-
ris Romae.

PRO SALVTE DOMVS AVGVSTAE.
CORPORA AVRARIORVM ET
ARGENTARIORVM ISIDI
ET OSIRI MANSIONEM
AEDIFICAMVS.

Hic autem Aurarii , et Argentarii,
non Metallarii , sed opifices auri , ar-
gentique fabri intelliguntur , quorum
fo-

societas hodie iam: *Bunst*, barbare *Ceba*, appellatur, alias *hetoeria*, fodalitas Traiano.

Locl, in quo Capitalis societas metallorum seu metropoli locata erat, sit pariter mentio in Vlpiano, seu Sarmit-Aegetusano marmore Dacico:


EX VOTO XXX.

MAGNO ET INVICTO IMPER. CAES.
T. AELIO HADRIANO ANTONINO.
PIO. AVG. PONT. MAX. TRIB. POT.
XVI. COS. III. P. P. PRO SALVTE ET
FELICI PONT. MAX. ET ANNIAE
FAVSTINAE AVG. CONIVGI C. CLOD.
VI. PRAEF. M. DACORVM IASSIORVM
HANC STATVAM IN AVRARIA
NVMINIBVS MAIESTATIQ. EOR.

Clodius sextum Praefectus militiae, seu militum *Dacorum*, et *Iassiorum* ad custodiendas Metalli fodinas, h. e. tam prouentus, quam homines *ad* et *in* metallia condemnatos, *in Auraria*, quae hodie *Abrudbanya*, vid. infra, statuam erexit. Apparent adhuc vestigia municipii in monte prope Butsum, et in quadratis lapidibus, inscriptionibus, effigie rumque caelaturis, vetustatis Romanae documenta prostant.

C 3

Col-



Collegium Aurariarum distinctum fuit ab omnibus aliis, quin et a *Fabrorum*, cui in aliis Prouinciis annexum; forte quod metallici malleo, et incude aequa vtantur, et fabrili opera indigeant. Collegio Fabrorum in Dacia *Patroni* praeerant, prouti M. AVREL. CHRESTVS. L. SEP. NIGRINVS in antiquis, & alii * in nuper effossis marmorum inscriptionibus Apulensibus, quae Albae memorantur. Loco Patronorum PROCVRATORIBVS AVRARIIS illud gaudebat.

* Vtpote: *L. Flavius Valens* Patronus Collegii Fabrorum: *C. Julius Papia Valens* quinquennalis Praefectus Collegii Fabrorum, et Patronus; *C. Julius Valentinus*, Patronus Collegii Fabrorum Municipii Apulensis; *C. Numius Certus*, Patronus Collegii Fabrorum, et Dendrophororum. Habuit quoque Collegium istud Matrem communem, quarum una *Fabia Lucilla* audit, nec non suos *Decuriones*, ex quorum numero: *F. Flavius Flavianus*. v. *Inscr. n.* supra cit.

9 Prouinciae Rectores, *Praefides*, et *Propraetores*, Collégii autem Aurariarum PROCVRATORES; et nonnunquam nomine AVG. appellabantur, et subinde ipsi *Praefides* Procuratorum officio fungebantur; prout SCAVRIANVS, primus a Traiano Pro-Praetor missus, in marmore epitaphiali ad Zalaknam inuento:

PROC.

PROC. AVR. fuisse legitur, et memoratus supra AXIVS AELIAN. non Procurator Aug. vel Augustalis, aut Augurum, sed AVR. legendum esse, non temere alibi afferui.

* M. Seurianum, qua Procuratorem Aurariarum, ignoror, Axium Aelianum vero, hoc officio funatum fuisse, sequentes etiam inscriptions testantur.

I. O. M.
IUNONI. REGINAE.
MINERVAE. ET
OMNIRVS. DIIS.
IMMORTALIEVS.
Q. AXIVS. AELIANVS.
PROC. AVR. ET AE
LIA. ROMANA. EIVS.
CONI.

* * *
APOLLINI GRANNO
ET. SIRONAE. DIS. PRAE
SENTIEVS. Q. AXIVS.
AELIANVS. VE.
PROC. AVR.

C.

Atque honorati Status, nec humilis fortis, gradus. et conditionis fuisse Procuratores *Aurariarum* in Dacia, La-

C 4

pis

pis memorialis Dacicus, & a Grutero
citatius, haud obscure innuit:

D. M.
M. VLPIO. AVG. LIB.
 HERMIAE.
 PROC. AVRARIARVM.
 CVIVS. RELIQVIAE. EX.
 INDVLGENTIA. AVG. N.
 ROMAM. LATAE. SVNT.
 SALONINA. PALESTRICE.
 CONIVNX. ET. DIOGENES.
LIB. BENEMERENTI. FECER.
 VIXIT. ANN. LV.

Memorantur et alii Procuratores,
prout in lapide quadrato Zalaknae fe-
quentem inueni:

D. O. M.
TAVRELIVS. (melius **T. AVRELIUS**)
 DIOCLES. B.
 PROC. AVR.

Ibidem in lapide epitaphiali, mensae
loco inferuenti, sed ita attrito, et hi-
ulco, vt sybilla hariolari posset:

D. M.,
VLPIAN - - - -
ME T R - - -
 PHIM-

PHIM. P . .
 CONIVGI
 SANCTIS -
 SIMAE.
 NEPTVN - - .
 LISA. GNI - -
 PROC. AVR - -

* His a Röleferio Procuratoribus recensitis, ex mar-
 morum inscriptionibus addi possunt: C. Aurelius
 Attianus, P. Macrinus Macrinus, Romanus, C.
 Sempronius Urbanus, et Valerius Silonus.

FORTVNAE. AVG.
 C. AVRELIVS AT-
 TILIANVS.
 PROC. AVR.

In lapide Mercurini reperto, hinc vna cum aliis
 1793. Viennam translato:

I. O. M.
 C. SEMPRONIVS.
 VRBANVS.
 PROC. AVR.
 +
 D. M.
 P. MACR. MACR.
 PROC. AVR.

Inscriptio Lapidis a RR. D. Fridualszki Viennam
 misa,

AVREL. IANVARIAE. FILIAE.

PISSIMAE. Q. VIX. AN. IIII.

M. VII. DIEBVS. XVI.

ROMANVS. AVG. LIB. PROC.

AVRAR. PATER. - -

In Petelle prope Thordam, forte etiam hoc spectat
inscriptio :

D. M.

VALERIVS. SLONVS.

M. CAMBESTRORVM. V

IX. ANN. XXXX. M. —

COLLE. AVRA. P.

10. Procuratori primario adiungebatur, et *Sub-Procurator*, vti ex sequenti marmore appetet:

F. AVIANO. ET. DIIS. DEABVSQVE.

PRO SALVTE VICTORIS DOMINI.

N. SANCTIS. AVIANVS. AVG. LIB.

SVB. PROC. AVRAR.

V. S. M.

* Legendum ab initio: **I. O. M. TAVIANO. ET**
DIIS —

11. Praeerat etiam Collegio Aurariorum post Procuratores *Decurio*, officia in Ciuitatibus, et municipiis honoratissimo.

TERRAE

TERRAE.
MATRI. M.
ANTONINVS.
DEC. COLL. AVR.
V. S. L. M.

* *Titum quoque Fabium Ibiomarum, Decurionem huius Collegii olim fuisse, lapis in Auraria Magna repertus, indicat:*

D. M.
T. FABIO. IBIO.
MARO. DOMO.
AVG. TREVE —
QONDAM. DEC. C ~
LL. AVRARIAR. VIX.
ANNIS. LX.
FABI. PVLCHER.
ROMANA. AQVI
LEIENSIS. PER. TV
TORES. SVOS. POS.

Plures omnino officiales, qui labori, et operariis metallicis praeessent, constitui necessum erat, in tanta locorum distantia, et operas Aurarias exercentium numerositate, ut infra plur.

Quantae Aurariae considerationis, cuius officiales praepositi honoris, ac aestimii fuerunt apud Romanos, ex inscriptio-

ptione basis statuae *Nolanae* porro lucu-
lenter apparet:

POLLIO IVLIO CLEMENTIANO
 SVB VENTORI CIVIVM
 NECESSITATIS AVRARIAE
 DEFENSORI. CIVITATIS
 REDONATORI. VIAE POPVL.
 OMNIVM MVNERVM RECREATORI.
 VNIBERSA REGIO ROMANA
 STATVAM COLLOCAVIT.
 CVRANTE CL. PLOTINIANO.

12. Posteriorum temporum est, nec Romanam redolet antiquitatem inscriptio, cuius mentio apud Opizium:
PRAEF. AVR. SCHLOTNAE, *Slatna* hodierna, idiomate Sclauonico a *Zlata*, au-
 ro, sic dicta, supra rudera Ciuitatis Ro-
 manae ab incolis posteriorum tempo-
 rum aedificata, retinuit eandem appella-
 tionem, quam et idiomate Dacico:
Klein-Schlatten; prout et *Abrudbanya*,
 quae *Groß-Schlatten*, h. e. *stylo*, et
 idiomate Romano: *Magna*, et *Parua*
Auraria, audit.

13. Sed paucis passibus hinc distat lo-
 cus, vestigiis Romanae antiquitatis post

Vipiam, et *Apuliam* in tota Dacia nulli fecundus; ordinem aedificiorum Romanorum, platearum, et cameratas hinc inde fornices sub ruinis mihi autoptae vissas, innumeris quadratis lapidibus, columnis statuis cum et sine inscriptionibus, elegantibus in marmore caelaturis partim pluribus effossis, partim sub *ver*-*preibus* plurimis adhuc iacentibus insignis; *Patroffam* fuisse credo, cuius memoriam adiacens pagus Valachicus, *Petren*, haud obscure innuit. Iuxta Ptolomeum *Patroffa* non longe distat *Satinis*, cuius vestigia ad Thordam visuntur, vbi paumentum ex laterculis trium pollicum transuersorum, longitudine, * normae instar regularis factis, et eleganter sibi mutuo iunctis, ante aliquot annos vomere detectum vidi, et cum *Paraliffo*, vel *Paraliso* Sponii eandem esse ex situ, et distantia ruderumque alibi haud extantium consideratione, apparet, licet cinitatis huius Dacicae, nullus praeter Ptolomeum, et Tabulas Peutingerianas meminerit. Lapidis Sponii inscriptio talis est:

COCCCEO VMBRIANO DECVR. AVGVR.
ITEM PONTIFICI CIVITATIS PARALI
SENSIVM PROVINCIAE, DACICAE COC
CEIVS SEVERVS FILIVS PATRI PIEN
TISSIMO.

* Omnes his locis laterculi reperti siglas habent: L.
V. M. vel M. V. I. Legio quinta Macedonica.

i4. Collegii *Aurariarum* instituti ra-
tionem innuit inscriptio, nisi fictam esse
velis, quam Gruterus in nouissima edi-
tione Graeuiana, *Orfouae* ad Danubium:
alii ad *Varhely*, h. e. Vlpiam Traia-
nam, in Dacia inuenisse scribunt:

IOVI INVENTORI
DITI PATRI TERRAE MATRI
DETECTIS DACIAE THESAVRIS
DIVVS NERVA TRAIANVS
CAES. AVG-
VOTVM SOLVIT.

Decantatissima haec est inscriptio,
cui innituntur, quotquot Traianum De-
cebali thesauros inuenisse perhibent, an-
tiqui pariter, ac recentiores. Deceba-
lum equidem ex fertilissima, amplissima-
que, cui praefuit Provincia, non solum,
sed et ex praedis, rapinis, et vicinarum
Romano dominatui trans Istrum subie-
cta-

ētarum Provinciarum, expilationibus colligere thefauros potuisse, cum et a Roma, orbis Domina, auri tributum a praedeceſſore iniunctū, petere ausus fit, inficiabitur nemo: at quid in parte tam memorabilis thefauri habuerit, nullo adhuc indicio, ne quidem inter tropaea Traiani vestigio, innotuisse.

16. In, vel ad ripam strigii, olim Sargitiae amnis, prope Regiam Decebalii Aegetusam, quam alii ridicule ad Albam locant, effloſſi, iſthus thefauri memorata *Xiphilino*, Epitomatore Dionis, ac omnium indeſcriptorum rerum Dacicarum traditio fabulosa non minus, ac commenititia eſt; quam ſepulcrum Cyri thefauris ingentibus repletum. Probabile haud eſt Decebalum de ſua, fuorumque fortuna desperantem in fluum Aegetusam praeter labentem, cuius tanta ibidem vadofitas, vt omnes in fundo lapillos numeres; tanta viciflī copioſis imbris auēti rapiditas, vt ſecuritatem nullus oppofitus obex, aut defoſſa fornix promittat, ſubmergere thefaurum regium maluiffe, quam montanis occultare cauernis, alpiumque quibus regio adiacet, credere silentio.

16. Sta-

16. Stabiliri nihilominus a recentioribus verisimilitudo vifa, per diuitem *auri Lysimachei* pifcaturam in ripa Strigii anno 1545. factam, qua reliquias thesauri Decebalaei post Traianum detectas esse persuadere nituntur. *Lysimacheorum* equidem duo millia Augusto Imperatori Ferdinando Primo, a Georgio Martinusio Gubernatore dono missa, quatuor millia autem pro se tenta, acta publica referunt. Sed vtrum in fluvio Sargetio, vel si in illo, quia prope ad influentum Marusii, quinque autem milliaribus a Regia Decebalaea inuenta sunt, vt perhibetur, an pars reconditi thesauri censeri possint, vel ipso autore ex massa auri, quam titulo Thesaurariatus Isabellae Ex-Reginae, et Ioannis secundi possederat, cusi fuerint, quis certo affirmabit?

17. Ex Historia Transiluanica illustris quondam Cancellarii, *Wolfgangi de Bettlen*, id apprime constat, post deceffum in eiusdem noua arce ad Szamosium sita, reperta fuisse solum auri rudis octigenta septuaginta duo pondo; palacrarum seu grumorum grandiorum ex arrugiis, et amnium ramentis crassioribus lectorum

rum viginti; argenti crudi bis mille trecenta octuaginta septem pondo; in laminis quadringenta sexaginta sex: Lysimacheorum, quorum singula quaternis Hungaricis aestimabantur quatuor millia. Vidi ego Lysimachea non solum, sed et alia tam aurea, quam argentea numismata apographa non pauca, et imitatione authenticorum, tam Imperatoriorum, quam Consularium cusa, incauta curiositate muneric loco data probe noui.

18. Ex hoc fonte nata videtur communis, & in multorum scriniis arcani loco seruata de *Darii* thesauro in Dacia absconso fabula: imo resuscitata super speciosa, sed quam temeraria! de *Traiani* thesauro in montanis ab *Huniado* dictis, latente, impostura.

19. Apud Claudiopolitanos in hodiernum usque diem, tenet relationis fides: Ciuem Claudiopolitanum Crepidarium cum extrema pauperie colluctantem, ex inuentis Darii thesauris (Dariusne, vel Decebalus, vel quispiam aliis fuerit? Darii diuitiae in proverbio sunt) amplas aquisiuisse opes; sed locum il-

D
lum,

lum , licet diligenter post primam fortunam iterato quaesuerit , nec illum , neque haeredes vnquam reperire potuisse.

Tentatum iuxta circumstantias vltima morientis voluntate consignatas , a non paucis , exteris aequae ac indigenis , sed labor omnium fuit inanis , spes cassa .

* Ad fidem huius testamenti a Paulo Sutore (Varga Paal) relicti , Supremus Arm. Caesar per Transiluaniam Praefectus , Comes a Steinville , sex equites cataphractos de thesauro hoc commentitio in alpibus vulgo Zingarorum , sed frustra , inquirere iussit. Idem testamentum quoque Camerae Regiae A. 1730. exhibitum est.

Ecquis vero Darium Persicum in Dacia regnasse probabit? quis ex Persia ad montana , *Gyaluensia* duobus Claudiopolitana ab vrbe milliaribus cum tanto diuitiarum apparatu transposuit? Dicitur fornicem subterraneam , postibus , ac ianuis duplicatis , laminis ferreis obductis munitam; Regem , Reginamque in folio sedentes , aulae Consiliarios , et aliquot vtriusque sexus pedissequos viuentium statura , ex auro , et argento conflatos , cum incredibili auri , argenteique rudis , et eusi , gemmarum , et quidquid pretiosum dici potest , circum circa locatorum , quantitate , ordinata locatione recondere?

re? Et quid non praeterea anilium augmentorum?

so. Si Alexandrum orbis domitorem, famelica aiditas ex susurro ab Aulicis Darii arrepto rumore, de *sepulcro Cyri* thesauro referto, ut violaret sepulcrum, concitauit: quidni tenuis fortis homines, auara credulitas, et nunquam factura, plus ultra habendi cupiditas, ad quaeritanda, quae habere peroptant, inducat? Dispari licet exitu; Alexander quippe *Clypeum*, *Sagittam*, & *acinacem* inuenit, quorum ministerio quaesitum, extra tamēn sepulcrum, inuenit aurum: at illi non aliter ac Nero, ex indicio equitis Romani, pro comperto pollicentis thesauros antiquissimae gazae, quos Dido Regina fugiens Tyro secum extulisset, in Africa vastissimis specubus esse abditos, ac posse erui parua molientium opera, delusus, (*Suetonius in Claud. Nerone.*) falluntur, et fallunt, ac pro praemio laboris, fatigium, et magnae spei vacua implementa cum iactura temporis reportant.

Ciuem equidem illum ditatum, et plures alios, ex montanis, siue illis,

sive aliis auriferacibus, non ex Darii, sed Dei thesauro copiose recondito, ac in forma auri obryzi grantulati, subinde reperto, et adhuc in dies reperibili, vbi labori iusto non parcitur, ditari posse, facile crediderim.

Si quid de Thesauri Decebalaei a Traiano inuenti veritate constitisset, dubito num stylus Inscriptionis sequentis, similiusque seculi Traiani, silentio praeteriuisset :

IOVI STATORI
HERCVLI VICTORI
M- VLP. NERVA TRA-
IANVS CAESAR
VICTO DECEBALO.
DOMITA DACIA
VOTVM SOLVIT.

21. Neque Plinio Iuniori, coaeuo Traiani excidisset, Caninio Poetae de bello Dacico scripturo, thesauri huius inuentionem suggerere, qui tamen *Lib. VIII. Epist. IV.* inquit: *Optime facis, quod bellum Dacicum scribere paras; nam quae tam recens, tam copiofa, tam lata, quae denique tam poetica, et quamuis in verissimis rebus, tam fabulosa materia;* ta-

tamen praeter immissa terris noua flumi-
na, nouos pontes fluminibus iniectos, in-
fessa Castris montium abrupta, pulsum
regia, pulsum vita, regem nil desperan-
tem, super haec actos bis triumphos, quo-
rum alter ex inuicta gente primus, alter
nouissimus fuit, vel maxime Poetice
non plus.

22. Forum, et Columnam Traiani,
(quae vel sub affluitate videre mira-
culum, *Cassiod.* Vt Constantinus Imper-
ator ad aspectum singularis sub coelo
structurae etiam Numinum assensione
mirabilis, dum peruenisset, haereret at-
tonitus, per giganteos contextus cir-
cumferens mentem, nec relatu effabili-
les, nec rufus mortalibus appetendos,
(Ammian. Marcell.) ex manubiis, vt re-
fert Gellius *Lib. 13. cap. 23.* id est: ex
pecunia, quae ex venditione praedae
Dacicae manuaptiae percepta, cogita-
tione maioris, vt tanto operi sufficeret,
et non ex solis Decebali thesauris eri-
gi potuisse.

23. Inter caetera Dacicae expeditio-
nis memorabilia columna Traiani expri-
mit facinus foeminarum Dacicarum, quae

in Romanos ita saeuiebant, vt captiuos denudatos viuos facibus comburerent, et *fortitudinem Virorum*, qui feruitutis metu incensa vrbe Regia vnanimes festinant ad necem, ipsorum vno e vase venenum ministrante, singulis manus porrigentibus ad poculum, cum interim alii exanimis iaceant, et alii iam concidant morituri. Ut vel hinc coniectare liceat, Dacos vna cum suo Rege iugulum potius ceruici prope Deuam modernam, *Decidauam* antiquam, apparante, thesauros molliter absconsare nec tempus, neque animum habuisse.

24. Praeterquam quod, cui ignotum Ditem, seu Plutonem, subterranei metallici thesauri *Patrem*, Terram omnium metallorum, mineralium, fructuumque *Matrem*, a Romanis Votorum nuncupatione coli, eaque inuentis detectis, et in Aerarium publicum relatis Daciae thesauris h. e. *metallis*, et *mineralibus* singulis annis, non prout praeda manu capta, vna fulummodo vice, Romanum ditantibus, soluta esse, quid verosimilius? Cum et inscriptionem lapidis, Traiano iam inter Diuos relato, votisque in Capitolino diu solutis, a Clientibus

bus factam, posterioribus temporibus haud alienum a vero. Et Ioui ob varia, quae Superstitioni Gentili praestare creditus beneficia, *Custodis, Statoris, Conseruatoris* imo, et *Inuentoris* titulo, prouti et in illa marmoris Inscriptione, ob *inuentos perditos boues*, etc. vota soluta esse, ex omni antiquitate notissimum est.

25. Nihil quippe a Romanis omissum, nil intentatum, quod metallis eruendis conducebat; nullum quaestus genus neglectum. Nil fugit Romanos, et Saxa, et rupes habuerunt sub tributo, imo et urinam. Ideo ad colendas metallifodinas, tractanda metallica; loturam cum primis auri, fodinali labore faciliorem, multa millia hominum adigebant; aliis mercede conductis, pluribus ad *metalla*, et in *metallum* damnatis, quemadmodum in Valachia Romanarum consuetudinum in variis vitae praxibus, adhuc dum tenaci, poenae modus *damnari ad salisfodinas*, continuato vsu supereft.

26. Sic Dalmatas Florus *Lib. IV. cap. XII. Vibio perdomandos Augustum mandasse*, memorat, qui *efferum genus fodere*

dere terras coegit, aurumque venis repurgare: quod alioquin gens omnium cupidissima studiosa diligentia anquirit: ut illud in usus suos seruare videatur. Vel iuxta emendationem, et paraphrasin Graeuiānam: Aurum gens in aliis omnibus negotiis stupidissima, tanta diligentia, et studio quaerit, tota in metallis his quasi defossa, ut videatur id sibi quaerere, et suis usibus eruere, ac repurgare, cum tamen omnis hic labor in gratiam, et usum Romanorum perferatur. Mihi tamen prior Flori lectio, nulla mutatione, rei quam exprimit, et naturae hominum accommodatissima, videtur. Evidem mutos, surdos, simplices, strumofos, et a pecoribus vix distinguendos, et hodie in montanis viideas, in auri lotura promptissimos, et exercitatissimos.

Huic Christiani sub persecutoribus Romanis obnoxii reddeabantur. Parum ille Tyrannus pretiosum iactabat aurum, quod de montium venis, aut fluminum glareis quaesitor Bessus, scrutator Callaicus eruissebat. Illud purius, splendidiusque credebat, quod dedissent dolentes, quod hominum lacruae, non amnium aquae

aqua abfluisserent. Author Panegyrici in Theodosium. Sub Traiano mitius in Christianos statuente, duo millia in solitudinem virbis Chersonae vna vice relegata, ad eruenda, et secunda marmora, de quo Plautus: *Inde ibis porro in latomias lapidarias, ibi quum alii octonos lapides effodunt* etc. Et quot non ad metalla?

Aegyptiorum primum inuentum esse innuit Diodorus: *Omnes criminis damnatos, item ex hostibus captos, siue quis Regem offendisset, ipsum, et totam cognationem interdum auro effodiendo depudare.* Quo, tanquam Lege adulta, ita vni Remani, ut quos semel *in metallum* damnarunt, regressum amplius non largiti sunt, et saepe ex opere metalli, quod leuius, *in metallum*, quod sine sole, grauius damnarent. Sic Archippus Philosophus crimine falsi damnatus, *in metallum*, reddendus rursus poenae, quam effractis vinculis euasisset, iudicatur. Fuere hi tanto aliquando numero, ut Polybio teste, in fodinis Hispaniae, non minus quadraginta millibus assidue versarentur in opere. Sic in Rudensibus Daciae post Bistricium, aliquot

D 5 millia

millia metallariorum operas exercuisse metallicas, vetus est traditio.

Plinius notat: *Censoriam Legem Icti-mulorum aurifodinae fuisse, qua in agro Vercellensi cauebatur, ne plus quinque millibus hominum in opere, seu una con-ductione Publicani haberent. Lib. XXXIII. Cap. IV.* nimiri, ut auriferaci huic terrae, veluti parenti, parcerent fossores metallarii.

Si per Hispaniam, et Italiam, quae hodie metallis forte exhaustae, effoetae et steriles habentur, tanto metallarii numero occupati; eccur in Dacia, in-exhausto rei metallicae Cornu-Copiae, situ locorum metallicorum in calculum ducto, praeter aduentios, tertiam in-colarum partem, labori metallico, et auri lotorio operam impendiſſe dubites?

27. Intranti enim ex Hungaria a dextris ab Hunyad, et Gyalu Possessionibus Bánianis, totus tractus montanus, tam ea, qua Daciam mediterraneam, quam qua Ripensem, seu Hungariam ad Marusium usque respicit parte, aurifer est. Idem per iuga montium metalliferacium,

a Deua per *Aurum montem* Romanorum ad Margam, cis et trans Danubium per *Passarouiczam*, *Murauam*, *Banjam* ad *Hemos* usque montes, imo mare Macedonicum protenditur. Rursum a sinistris, plaga *Rudnensis*, montana *Gyergyo*, *Csik*, *Vduarhely*, et *Trisedalis*, in *Barciam* usque, metallifera sunt. Montes Valachiam disterminantes, parte hac effacti sunt, nisi ubi a Müllenbachio ad Meridiana *Haczeg*, et *Sil* declinant, auerfa autem, elegantissimum, et prope ad integrum puritatem, vel fluuii ipsi dant aurum.

23. Ac inde in Dacia hac Tranfyluanica ingentem et laboris apparatus, et hominum metallica tractantium copiam, fida, et hodie ruderum autopsia clarissime probat. Examina scorias *Rudnenses*, contemplare fodinarum ruinas, numera egestos lapidum colliculos, loturae labores, riujorum canalitos dulcis, per iuga, et declivitates montium nec non ad ripas, et latera *Aurati*, seu *Cryfoloris* (ab auro quod vehit dicti) ad pagos adiacentes *Biztra*, *Lupsa*, *Offenbanya*, *Scholtzua*, *Potschaga*, et territorio Siculicali, quod alluit: item, vtriusque

usque *Samusii*, *Strygii*, *Crysii*, in *Sil*,
Bukaua, *Marga*, ultra *Caranschebesch*, *Orsouam* vsque. Considera vnicum Oppidum, *Aurariam Romanorum*, inflexo idiomate hodierno Romano - Valachico *Aurud*, naturae miraculum, cum adiacentibus pagis *Kerpenes*, et *Butsum*, et valle a rubro riuo dicta, nec non in fronte eleuatissimi montis, rupturam cameratae olim fodinae ingentis capacitas, speciosissimi operis Romani testem omni contradictione maiorem, quae sola, euidentissimum magnificentiae Romanae, et metallici laboris in Dacia praebet documentum. Hic montes in circuitu rerum omnium fertilitate vsque adeo cumulati, vt solertis terrae visceribus, thesauros Regiis opibus non indignos alant: nempe illic obryzum aurum patulis de montium verticibus frustulatim praeciditur, subter quorum valles vitrei et perlucidi amnes fabulo non aurato solum; sed et proprio meo experimento, *cinnabarino* graues, decurrunt ex illis alpium iugis demergentes: plures denique ex loco Chryso-lapides in opulentis, et crebris Chrysoplisis i. e. auri lauacris, inueniuntur, obseruante pridem *Reichersdorffio*.

Con-

Considera ima montis *Bihor* auri virginei, quo elegantius in prouincia nullum, lotura nobilitata. Item praerupta montis *Wolcoi* a *Vulcano* dicti, cum operofissimis cuniculis cacumen findentibus, nec non puteis subtus late demissis. Perpende *Zalatnenſes*, *Brezanenſes*, vicinos *Almasienses*, *Herzoganenſes*, *Treflianenſes*, *Kritforienſes*, *Radenses*, *Baniczenſes*, *Keresbanyenſes*, *Czebeienſes*, aliorumque plurimorum, inter quos, et *Antimonio solari* suis punctis e rubro interstinctis emicat angulus, locorum, metallicos labores, qui plus Romanae industriae vestigia, quam modernae culturæ indicia ostendunt. Ut studio Siculo-rum oras metalliferas indictas praeteream, tunc proclivius credes, ob inuentos hos Daciae thesauros, Traianum *Vota* soluisse, ac merito soluere potuisse.

29. Tantam ideo curam, tantamque sollicitudinem, non solum tractando metallo, sed et in aerarium Romanum securè transferendo, per Colonias *Apulensem*, *Vlpianam*, et *Zernetenjem* (quæ nunc *Tsernecz*, locus terminalis Valachiae ad Danubium infra Orfouam, proxime ad pontem Traiani, et non inter Cibi-

Cibinium, et Coronam, vbi *Zernetest*,
vti visum est Cellario in *Geographia antiqua*) impendisse non mirabitur, qui
praementiorum locorum, et auri lo-
turae gnarus, leuem solummodo prouen-
tus iniuerit calculum. Supponendo vi-
ginti millia metalliorum auro fodiendo
et lauando incubuisse, et singulis septi-
manis totidem *pisetæ* (mensura auri,
vnde *Officialis Pisetarius in Iure Hun-
garico*, quorum vnum quadragesima octa-
ua pars vnius marcae, siue beslis, vel
nonagesima sexta librae metallicaे hu-
iatis) Exactoribus administraſſe, praet-
er alios omnes auri lustralis, et coacti
census; hebdomadatim binos centena-
rios, cum octo libris, medio autem anno,
quinquaginta quatuor centenarios, octo
plus minus libras prouenisse deprehen-
des. Fide minus dubia, vbi *Plinii te-
stimonio de Dalmaticis fodinis in Prin-
cipatu Neronis, singulis diebus, etiam
quinquagenas libras auri fundentibus,*
locum dederis.

Nec aduersante, quod Dacia moder-
na ex suis subterraneis thesauris, ul-
timi nationalis Principis aerarium vix
aliquot supra quadraginta marcis auri,
pau-

paucissimis argenti , annuatim auxerit. Non enim effoetae id telluri , quamuis a prima fertilitate plurimum iam remittentis; sed laboris neglectui , variis cribris , per quae transfiere , et clanculariis auri furibus imputandnm esse , fatis euitat trium annorum sub fagaciōri cura ante nuperos tumultus , multis passibus auctior redditus , Caesarei aerarii prouentus.

Peregrinus in historiis sit oportet , cui ignotum , res Romanas possessa Dacia florentissimas fuisse : amissa vero lapsum gradatim ita incubuisse , vt ad illam potentiae , et Maiestatis ^{auxilium} licet lacertos subinde mouerit , amplius peruererit nunquam ; sed quasi vastum mole sua laborans corpus , dum nutare incipit , cursum decrementi , lapsumque vsque quo prostratum iaceat , continuasse.

30. Fulcimenta potentiae sunt , penes largum , facilem , et quasi spontaneum incolarum censum , prouentuum ex terra graemio enatorum diues penu. His mediis defenditur prouincia ab exteris , ac oneribus publicis ferendis par redditur , sublatis inclinat , et variis cum difficultate

ficultatibus colluctatur. Prouincias, caetera steriles, et commerciorum vnu de-
stitutas, ex cultura rei metallicae opu-
lentas reddi; contra, cum ruinis quaestus
subterranei, palpabilibus decrementis
attenuari, et vilescere, notius est, quam
notissimum. Nec male statuit, qui cul-
turam metallicam, vnicum medium esse,
quo, sine subditorum, et Conscientiae
grauamine Principem ditefcere creditit.
Nam per bella quaerere aurum nefas,
per maria periculum, per falsitates op-
probrium, in sua natura autem iustitia
est. Siquidem metallarii, sine furto di-
uitias rapiunt, optatis thesauris sine in-
uidia perfruuntur, et soli sunt hominum,
qui absque vlla nundinatione, pretia vi-
dentur acquirere. *Cassiod.*

31. Vrgentibus itaque fatis dum pressi
a Barbaris Romani, Dacias vltra teneri
posse desperassent; Romanae originis in-
colas trans Danubium reuocarunt, et
dulcis memoriae recolendae, iacturae
releuandae, Populique Romani ob amif-
fas indignationis euitandae ergo Nouam
Daciam, male *Paropotamiam* Ioanni
Antiocheno Malalae, rectius ab Aurelia-
no Imperatore *Aurelianam* nuncupatam
con-

constituerunt. Quum vaſtatum Illyricum, ac Maefiam deperditam videret Aurelianuſ, Provinciam trans Danubium Daciam a Traiano constitutam, (quae Daciae primae, et secundae nomine eidem Malalae in Chronographia venit, ſed male: tres enim fuſile Dacias elegantifima inſcriptio, Albae paucis ab hinc mensibus eruta, ſat probat, ſi nihil aliud) ſublato exercitu, et prouincialibus, reliquit, desperans eam poſſe teneri, abductosque ex ea populos in Maefiam collocauit, quae nunc duas Maefias diuidit. Vopifcus in Aureliano.

* Innuit auctor forte ſequentem, in Iapide Maruſi in alueo reperto:

SILVANO. SANCTO.
 L. AEMILIVS. CARVS. LE
 G. AVG. PR. PR. III. DA
 CIARVM.

In alio Albae Carolinae obuio legitur:

L. MARIO. PER
 PETVO. CS. DAC.

 III. LEG. AVG. PRO
 PR. PROVINCIAE.
 MAESIEE. SVPER. &c.

E

In

In hac loco *Procuratoris Aurariarum*,
nouo titulo *Comitem Metallorum* praefe-
cerunt, caeterum nobilem Prouinciam
cultura vacuam barbarie cesserunt.
*Reines. in Syntag. Inscript. et Nol. in
Not. Imp.*

32. Demigrantibus Romanis, Daco-
rum indigenarum, vti et coloniarum ex
remotioribus Romanae ditionis Prouin-
ciis huc translatarum, et Dacis com-
mixtarum retro manentium, mores, in-
stituta, et culturam, quibus asuefacti,
et a ducentis propemodum annis imbuti
erant, Septentrionalium, ac tandem ex
Scythica sterilitate effusarum gentium
feritas, adeo hebetauit, vt, licet Ro-
mani deserta Dacia, venas metallicas
non succiderint, nec euerterint; negle-
cta tamen metallicae oeconomiae cura,
fastidito labore, ad bella, incursionses,
praedas, et rapinas eo facilius se se
conuerterent, quo plures suorum antea
ad et in Metalla damnari, impatientius
tulissent, cassamque libertatem, ac otio-
sam pauperiem, coactae publicae vtilita-
ti, licentiose praefferendam mallent.

33. Tandem ambarum partium reliquias deletis partim; partim ad montana, quae hodieum retinent e continente se se recipientibus, Hunni, terrarum Dacicarum, Pannonicarumque dominium firmare satagentes, consueto vicinorum populorum instituto, Reges fibi praefecere, sub quibus paulatim, maxime vero cum Religione Christiana, barbaries emolliri, ferox animorum indoles mitescere, & moratioribus consiliis imbui cepit. Qui Religione iam inducta nobilitatam, ut tam securitate publica, quam Ciuium commodis, Regioque utili, florentiorem, excultioremque redderent, Prouinciam; destituta habitatoribus loca, peregrinis, sed labori, sedatiorique culturae asuetioribus incolis, dare decreuerunt.

34. Euocatis ideo ex Saxonia, ceteraque Alemannia, gestis bello pacisque, claris, Germanae originis populis, non tantum ob infestas Tartarorum incursiones, grauemque vicinitatem, *ad conseruandam Coronam*, sed et ad vitae socialis usum, nec non Regiae oeconomiae redintegrationem, et augmentum, habilibus; pingues tam mediterraneos,

neos, quam montanos metalliferaces Daciae tractus, cum donatiuo libertatis, singularibusque, ac ab aliis accolis separatis Priuilegiorum, immunitatumque clausulis, chari peculii Regii titulo inhabitandos ac possidendos, concesserunt.

Indicio post tantas etiam reuolutiones, templa, in locis ad pristinam Germanorum normam aedificata, insignia metallariorum: *malleus*, *incus*, et *rastrum lotorium* incurue dentatum, parietinis picturis conspicua; rituum, consuetudinum et iurium metallicorum, item terminorum technicorum e lingua metallico-Germana, in Hungaro-Valachicum idioma inflexorum, propagata ad hodier nos vestigia, et transumpta documenta.

35. Quatuor, si *Rudnam* post Bistri-
cium in finibus Daciei versus Sauromatas, et confinia hodiernae Moldauiae exceperis, aut vicinioribus in *Kapnik*, *Riuulis Dominarum*, aliisque locis circum circa metallicis adnumerare malueris, meridionalia Daciei numerant Oppida metallica, aurariis nobilia. *Abrud-*
bányam Romanorum κατ' εξοχήν *Aurarium*
caput

caput caeterorum, quod et prouentus locupletiores, et leges caeteris dabat metallicas. Huc ex omnibus metallicis, causae controuerfae remissae, hic earundem examen, et iuribus metallariis confusa decisio decretorie pronuntiata, quemadmodum ex annexis quatuor Oppidorum Literis, ex originali huc transumptis videre est.

36. Literae quatuor Oppidorum Metallicorum Riualium, ac Molendinorum:

Nos Stephanus Bertel, Jūdex; Laurentius Grizzeli, Petrus Spetecz, Joannes Dones, iurati Cites Oppidi Offumbánya. Lazarus Magyar, Jūdex; Stephanus Sartor, Joannes, Georgius, et Stephanus Király, Cives iurati Oppidi Körösbánya. Ladislaus Bokor, Jūdex; Jacobus Magyar Juratus Oppidi Kisbánya, &c. Uniuersis, et singulis memoriae commendamus harum serie, quod cum diebus proximis ante Festum Bartholomaei Anni Virginei partus, Millesimi quingentesimi vigesimi quinti, nos more joito quatuor Oppidorum metallicorum, pro discutiendis quibusdam negotiis, in Oppidum Abrudbánya, ex Egregii

gii Capituli Albensis commissione conuocati fuissimus, ubi in domo Joannis Francisci, Erasmus Greb Magister Montanorum una cum suis Dominis Montanorum, et Molendinorum, aduersus aurilotores ratione aquarum in rubeo flumine existentium varias coram nobis proposuerunt querelas. Auditis igitur ambarum partium querelis, propositionibus, atque responsionibus, causam inter eosdem mediante Jure, vera iustitia, hac nostra Sententia discussimus: *Vt Domini Montanorum, seu Molendinorum aquis, seu riuulis omnibus in rubeo flumine ad eorundem molendina mineralia pertinentibus absque impedimento, et obstaculo Aurilotorum, ac aliorum, uti debeant perpetuo, quemadmodum antiquitus praedecessores eorum libere usi sunt.* Si vero quisunque repertus fuerit, qui ibidem in rubeo flumine ad suos Auriloturae labores premissis aquis, seu riuulis citra voluntatem, seu sine consensu et scitu montanistarum uteretur, puniri beat florenis quadraginta, quorum media pars erit Judicis, caeterorumque Ciuium iuratorum Oppidi praelibati Abrudbanya; Altera residua vero Actoris. Etiam poena eadem multetur is, qui aquas illas ex vero meatu in

*in aliud territorium abducere fecerit, in
huius evidentius testimonium praesentes
Sigillis Oppidorum nostrorum munitas
exhibuimus Literas, Die, et Anno ut
supra:*

37. Post Abrudbányam *Offumbánya* Germ. *Offenburg* a fornacibus metallicaem glebae excoactricibus, forte sic dictum; hic metalla tritui non cedentia, vel aurum intra se absorbentia, igne fusa. Cui finem imposuit capitalis putei cum omnibus propemodum urburariis collapsio, et inde rei metallicaem laboriosae fastidium, ac periculi metus. Tandem *Kereschbánya* Germ. *Altenburg*, ad fluuium Chrysium, vel Keres, regulatis cuniculorum, puteorumque ductibus, ad ima protensis, nobilis auro libero, sed vicinitate loturae Czebeanae nobilior. Denique *Rézbánya*, quae antea *Kisbanya*, ab aeris praecipuis fodinis sic dicta; sed nec auro coloris plus caeteris rubei, carrens.

* Fusius de hoc casu, Cl. Fridvaldsky in *Minerologia* p. 55.

Et haec suos habuere Districtus, locorumque metallicorum potissimum

conterminos circulos. In his jam ab antiquo metallarii Germanae plerumque originis, tanquam rei metallicae peritia, et laboris, taediique patientia potiores, sed vicissitudinibus variis fatigati, ad tutiora se tandem recipere coacti sunt. Nunc sola *Abrudbanya* habitatoribus urburariis, iisque Hungaris, et Valachis infessa, et labore metallico, non quidem nimis sumptuoso fodinali, lotorio tamen sat opulento, floret; exhausti enim temporum adversitate facultatibus, nisi ex publico aerario subleuentur, cunicularibus, vel putealibus Lege metallica, agendis operis non sufficiunt.

Caeteris, vix pristini status leuis umbra remansit. *Rézbanya* Episcopatui Varadiensi, *Offenbanya* Familiae illustri Transyluanae, seruitute Coloniali patet; *Rodna* Magistratui Bistriciensi subiecta est.

38. Reuocata in memoriam laudabilis, reique publicae utilis institutio a *Christophoro Bathoreo* metallariorum Patrono, *Gabriele Bethlen*, & *Rakoczio* primo, Principibus, quorum prouidentia non tantum oneribus prouincialibus exempti,

empti, et ex aerario adiuti indigenae
vrburarii; verum, et peregrini cumpri-
mis ex Ciuitatibus metallicis Hungariae
peritiores adducti metallarii, et in loco
Regio *Zalaknae*, vbi praeter culturam
fodinalem, Officinae fusoriae, excocto-
riae, separatoriae, et quicquid rei me-
tallicae vsui, erectae, sedes figere iussi.

39. Nec notabilius res metallica Da-
ciae, ab aliquot inde Seculis, detrimen-
tum passa est, graiusque accepit vul-
nus; quam sub Gubernatore *Martinusio*,
dum alea dominationis Transiluanae in-
ter partes iactigaretur, et non solum
eius Consilia, ceu irati propriae fortu-
nae publicaeque quieti, iudicata, et a
suspici potentiia Castaldiana fatali exi-
tu terminata; verum etiam, mixtim hinc
inde, plexis achiuis, vt belli fortuna
fert, vrburarii etiam Abrudbányenses,
tributa auraria, siue pendere retractan-
tes, siue tardantes, immissa militiae
Vallonicae phalange, paucis fodinarum
latebris se se occultantibus, internecione
deleti.

40. Tandemque fatali colophone, Deo,
Patriotis, vicinisque potentiis inuisa

Georgii II. Rakoczii in Polonos expeditione a Barbaris vindicata : *Alba Iulia* (quae tandem *Iulia nigra* merito dicta) Sede Principali, omnibus, quae ad belli, pacisque artes, sagum togamque necessaria, ac utilia sunt, instructissima, funditus euersa, Basilicis, Gymnasio Academico, Bibliotheca locupletissima, ac augmento ex pristina Budensi nobilissima, Typographia, ac Monetaria, publicis priuatisque aedificiis ferro flammaque deletis, et *Magno Varadino* occupato ; vicinia Oppidorum, locorumque omnium metallicorum fata desolationis subire coacta, ut amplius sola *Abrudbanya* lacertos mouerit, caeteris in squallore remanentibns.

41. Tandemque in delassata Civili corriualium motu, Provincia, lenitas, et mansuetudo vltimi nationalis Principis, nec non redeunte ad Clientelam Domus Augustissimae, Dacia, conniuens Pietatis Austriacae Benignitas, priuatae vtilitati paucorum, publicam cedere permiserat, vsque dum reuiuiscente rei metallicae cura, initio currentis Seculi, efficaci directione, ac operosa cum integritate, industria, bello, paceque Il-

lu-

Iustrium Excelsae Camerae Commissariorum, per fidele famulitium primi sub Augustae Domus Imperio Aurariarum Praefecti, ad eam reducta fuit oeconomia metallica normam, quae absque utili choragio, tenui censi, vindicato Regalis Jure, nec priuatis iniurio, neque publico incommodo, vberem aerario pollicita est prouentum: cuius dedit ante calamitosam Patriae quietis parenthesin, hodieque dat experimentum, tanto luculentius, quanto validioribus auspiciis, peritia et amore rei metallicae coniunctis, nec minori promouendi seruitii Principis zelo, ab Excellentissimo Armorum Duce, nec non Commissario Regio D. Domino Comite *Stephano a Steinuille* fonetur, ac gubernatur.

C A P V T II.

Laborem Auri Metallicum exponit.

I.

Inuentio auri *naturalis* vna; altera *coacta* Romanis dicta est. Quod statim aurum est, consumatamque materiam protinus habet, cum ita inuenitur solum in massa, aut ramento capitum, *liberum* illis dictum; sic etiam hodie appellatur, cum aliis autem metallis repertum, quia igne perficitur, *coactum* est.

2. Dacia auro libero nobilis est; nec nulli in Europa, post memorabilia quae-dam Americae, Africaeque orae, auri obryzi, virginei, et arenae aureae, in- uentione cedit. *Dacos* ideo vna cum *Bessis*, iam ab antiquo *aurilegulos*, quia legendo aurum ab ipsis conquisitum est, dictos esse, hodierna eiusdem laboris continuatio, ostendit. Sed et *callidos*, quasi in *aurum conuersos*, *Nolanus Carm.* 30. eosdem appellat; de hodiernis *aurilegulis* idem dicturus, in quos cum la- bore, et calliditatis deriuatione, cognata, aurugo propagata est.

Liberum istud aurum colligitur lotura; non modo ex fluviis, conuallibus, declivitatibus, sed et in cacuminibus, et iugis montium, neque multa fossione saepe indiget, amoto quippe exteriori cespite, et crusta metallicam glebam te- gente, mox in granis, in frustis nota- bilis aliquando ponderis, et ramentis di- uerfae figurae, ex improviso inuenitur.

Aurum in ramentis, et arena inuenire, tantae nec raritatis, neque admira- tionis est, quam in frustis solidis, ex- tra sinus Terrae, et ductus metallicos, nulla admixta terrea, vel metallica gle- ba; cuius tamen vix vllibi frequentio- ra, quam hic perhibentur, testimonia.

Memorantur quidem inuentarum auri massarum, diuerfaeque figurae ramento- rum, varia hinc inde exempla Zahnius in *Specula Physico-Mathematica*, catalogum contexisse videtur. *Acta Academi- corum Curiosorum* pariter aliqua recen- sent. Sed in plerisque Scriptorum re- lationibus autopsya deficit, traditiones faepius augmento haud carent, non pauca fabulosae narrationi originem de- bent.

Nos

3. Nos pluribus praetermissis, aliquot solummodo, sed oculatis manibus, in *Dacia* comprobata, recensebimus. Ac inter caetera dum Anno 1566. *Ioannes Sigismundus*, Filius Ex-Regis Hungariae *Ioannis Zpolya*, ex Transiluania ad Solimannum Turcarum Imperatorem, Belgradi Bulgariae castra tenentem, proficisceretur; Regiis Barbarum demulfit muneribus, inter quae numeratae sunt, patellae ex puro auro celatae, in quarum altera, praesentabantur *grumi aurei binorum pondo*, quidam binorum et semis ferebantur: Hi autem non ex cultura conflati, sed ex arrugiis educti, mero auro scatebant, in quibus massa quoque aurea, varietate pro naturae libidine diuaricata, fruticantis arbusti natuam speciem repraesentabat, et lento liquore mellini fluoris instar, in gyrum turbinata erat. Haec ex Archiuis Transiluanicis.

4. Anno 1591. habenas modernae Dacie tenente, *Sigismundo Bathoreo*, Regis Poloniae *Stephani* nepote, inventum esse, in ipso corde terrae, opus quoddam, ex puro putoque auro, naturae industria ad similitudinem galeae ef-

efformatum, et introrsum concavum, ponderis *oculorum aureorum*, quam palacris aureis ex arrugiis eductis repletam, Hetruriae Duci muneris loco misit, et loco rarissimi inuenti cum quibusdam odoriferis vnguentis, stipendiatos histriones, cantatores, et saltatores recepit, testibus praetactis Archiuis.

5. Ab illustrissimo quondam Aulae Principalis Transiluanicae Praefecto, senne venerabili, Stephano Nalaczi, relatuum mihi recordor, relationis fidem superstitibus eiusdem Stirpis illustribus filiis testimonio roborantibus: in fluviolo tribus infra Albam milliaribus, ex montanis in Marusium decurrente, praegresso aestiuo imbre, *massam Auri solidi, palmae humanae cum digitis* figuram aemulantem, *pondere unius librae* repertam esse.

6. Vidi ipsem massam solidam varie angulatam in montanis *Bisztrensibus* repertam, lothones decem, et sex huia-tes pendentem; vidi aliam, viginti sex ducatorum; aliam viginti unius, et medii; aliam quatuordecim ducatorum pondus aequantem, absque villa terrestris,
vel

vel lapideae materiae mixtura; minores autem quam plurimas, aliquando ita politas, ac si fusae, vel manu artificis levigatae fuissent.

Elegantissimae pariter figurae, pondoris semi marcalis erat, ante aliquot annos aurum obryzum, quo Popa Valachicus in Comitatu *Hunyad*, vitam filii sui redemit.

7. Retulit mihi metallarius, non ita pridem ad ripam fluuii Moldauiam, ab hac Prouincia post *Biztricum* disternantibus, frustum auri puri, crucifixi figuram haud obscure repraesentantis, pondere fere quinque ducatorum, repertum fuisse.

Nec longi temporis est, quod, in riuo *Iáraiensi*, supra Tordam, post copiosas pluuias, filex crystalli montani instar, pellucidus, auri puri frustum, auellanae quantitate, intra se continens, inuentus fit.

* Ad Zalaknam in monte *Braza* anno 1754. glomeramen auri inuentum est, quod sphaerae figuram referebat, appendebatque tercentos septuaginta sex Rhenenses. *Fridvaldsky in Mineral.* p. 68.

9. In foeneto *Örmenyesiensis* ab Excellentissimo, dum viueret Transiluaniae Gubernatore Comite *Georgio Bánfi*, territorii possessore, relatum aequa probe recordor; inuentum fuisse filamentum aureum frutici intextum, cuius partem, longitudine ultra medium vlnam, pars enim tarde animaduertentibus elapſa est, vsque ad fatalem rei domesticae per proprios patriotas factam expilationem, quam parentis captiuitas, post defultoria decollatio fecuta est, possedisse.

10. Inter plurimos similes casus, hoc vnicum quod curiosorum iure merito fatigat ingenium, silere nequeo. Non infreuenter, et vuas guttis, granisque aureis etiam hic superbire. Prouti guttae docimasticae iustae Syrupi consistentiae esse solent, tres super extima vuae cute in uno botro, apud praefatum Excellentissimum Gubernatorem Albae anno 1701. e proprio vineto *Vissaiensi* prope ad *Bonczidam* allato, contemplatus sum. Punctis aliquos granulatis aureis ornatum ex Vinetis *Gergelysaluiensibus* vuam, amicissimo mihi possessori oblatam vidi. Binos adhuc botros aureis

guttis eleganter rutilantes apud amicos. Et plures annuatim paſſim inueniri, notum omnibus. Sed in vineto Familiae Naláczianae *Babolnensi* acinum aureum per carnem, et cutem vuae translucentem, decerptum esse, autoptae referunt domēſtici. Similes olim acinos, auri obryzi granis, impraegnatos, in vinetis *Tokaiensibus* repertos testantur, *Bekerus*, *Franckenſtein*, & *Principis Sigismundi Rakoczii Medicus*, vt videre eſt in *Actis curioſis*.

11. Ostendit, et Augustum *Viennense* Cimeliarchium, inſigne metalli aurei cum vite fruticantis frustum, ex iisdem vinetis, naturae, dupliſi prouentu ſe commendantis, nobile argumentum.

* Sed anne hoc aurum vegetabile genuinum, verumque fit aurum, nec ne? ardua eſt quaefatio. Negat id inter alios, Celeb. Debrecinensium Medicus, *Veszpremi*, in *Haſ. Rdn. privi egirten Anzeigen*. anni 1773. pag. 78. ſeqq. praecipue nixus experimento, a Michaeli Morris Chymiae Professore, Londini facto. Reponit vero aliis magni nomenis Medicus *ibid.* p. 85. ſeqq. diſtinguendum eſſe inter aurum maturum, ſeu metallicum, et immaturum, quod aſtrale, et vegetabile. Hoc Köleſerio noſtro non arrideret; afferit enim, *Cap. V.* n. 16. *Maturitas, vel immaturitas auri ſoliuſ ingenii commentum eſt.* — Non noſtrum eſt tantas componere lites.

12. Haec

12. Haec, et similia his inuenta, casui, plerumque in acceptis referenda, certiora sunt autem, vel in ipso atrio Aulae Subterraneae Chrysoruchorum prae-mia. Dantur quippe loca nonnulla argillacea, quae varia, saepe, et iuglandis magnitudine aurum praebent friabile, porosum, et leuiter cohaerens. Limus ipse arenosus, seu humus subtilioris farinae instar, auro refertus est, quod caetero leuius est, coloris subobscuri, et nisi a perito tractetur lotore, in latura facile amittitur, subtili arenae, quam *Scorza* vocant, non absimile.

13. In Pago Comitatus Zaránd *Czebe*, furfuris instar, foliatum, oblongum, sui generis: in fluuiis, eorumque ripis, *Chrysorum* puta, *Chrysoloris*, *Szamusorum*, *Sil*, & *Themefü* minus, & rotundius inuenitur a tot seculis aurum.

14. Quid vero intra fodinas per ductus venarum, quid in commissuris lapidum, prouida mater thesaurizet? quales foveat foetus? Plutonis has ditiones impigre peragantibus, notissimum est. Saepe laminarum, assularum, florum, aliquando butyri per cribrum traieci in-

star, filamentosum, ac in concentratione venarum, quam *Nidum*, seu *Matricem* metallarii vocant, figura omnis generis longa, lata, angulosa, plana detegitur aurum. Ipse autoptes vna vice viginti, altera octuaginta pisetorum pondere *Abrudbányae*, & nuper in *Trestiana* fodina, maiori quantitate congregatum fos- sione fodinali occurrisse, expertus sum.

Non equidem ignoro ab *Illustri Boyleo*, Medicinae *Hydrostaticae* Sectio- ne VII. quaeri; vtrum re ipsa verae minerae auri, venaeque, in quibus aurum praedominium obtineat, dentur? Siquidem multorum Eruditorum, atque etiam Chymicorum opinionem esse, nullas dari aurifodinas proprie sic dictas, & contrariae opinioni diu se assentiri non au- sum esse. Sed dubietatem isthanc ele- gantissimae minerae fodinarum, etiam modernarum *Körösbányensis*, *Kritsorian- sis*, *Rudensis*, *Dupapiatrensis*, *Igrensis*, *Abrudbányae*, cum primis vero *Trestien- sis* prorsus tollunt; Et si enim nullae aliae essent (sunt autem prope infinitae non cultae) hic quotidianis experimen- tis purum, solidum aurum, *Gedtegen Gold*, per ductus venarum erui, fami- liare

liare est, hic Chrysoliti, auro digiti
crafstie adhaerente, remicant; hic fili-
ces auro intexto scintillant, quibus die-
tim luxuriant, quos Jupiter his sacris
praeesse voluit.

15. In Musaeo Kircheriano recenset
P. Bonnanini: Aedesse tale aurum Peru-
nana regione allatum. Nec non in fodi-
nis Potofanis reperiri aurum purum,
quod appellant obryzum e rimis albi la-
pidis. Et ex montibus Mexicanis, ful-
gere aurum obryzum in gleba subrubri
coloris, quod omne aurum in pretio su-
perat, vt pote ab omni impuritate se-
iunctum. *Pag. 211.*

Ea quippe vera aurifodina dicenda,
cuius venae mineras, in quibus auri
metallum praeponderat, constanter lar-
giuntur, nec separatas alias vllas, qua-
lis est *Treftiana* fodina. Neque aurum
in ista finitate, seu puritate, vt nil ad-
mixti Veneris, vel Lunae habeat, in-
ueniri, quin omnem in auro graduum
differentiam, ex admixtione istorum me-
tallorum oriri, ignis cupellae docet.

16. Observationi metallo - gnomicae Reuerendissimi *Zahnii* in *Scrutinio Geocosmico*, aurum purum non inueniri in magna copia; sed in paruis granulis, pariter experimenta quotidiana hic contradicunt, et contrarium affatim euincunt; licet fodinae tam operosae, et in profundum ductae, quam in aliis Prouinciis non repérianter. Nisi hoc intelligi velis de venis solidum aurum continuato tractu, prouti plumbeae, ferreae, cupreae, argenteaeque sunt, diffuse fundentibus, quod hactenus inficiabitur nemo.

17. Neque apud nos locum habet, quod Nobilissimus *Stahlius* Professor Hallensis dignissimus, in *Fundamentis Metallurgiae* annotauit; rarissimum esse, frustulum inueniri auri, quod granum tritici latitudine, et dimidia saltem crassitiae aequet, vnde quidem e vere raris, et curiosis cimeliis esse credit, frustum auri, quod e riuo suo *Schwarz* protractum, seruat Illustrissimus Comes Rudolphopolitanus (a Schwartzburg) mediocris fabae latitudinem aequans, quamvis minoris crassitie. Vulgare hic est, et vel plebeis aurilotoribus notissimum,
quin

quin aliquot familiarum *Kis-Aranyosienium* pro censu Urburario est, frusta auri virginei octodecim, & vltra pifetorum, annuatim Fisco dare. Medium libram Viennensem ponderabat aurum tale in frustis, cuius minimum lentes, et pisa aequabat, maiora pondus ducati, et vltra, quod Fisco Regio anno 1700. accensitum est. Et frusta fabae instar inueniri, nec rarum est, nec vni, sed pluribus Daciae Cryforruchiis proprium.

Autopsia multorum testium loco est, quae vti locuplete auriferacitate montium, iugorum declivium, amniumque ita et specialibus auri Dacici proprietatis curiosos delectat, auruginosos autem quotidie ditat.

Cum praenotata sufficienti documento sint, et amplam locupletis prouentus spem sagacior plus vltra labor policeatur: vt ardent, quod cunctorum obsedit pectora mortalium, desiderio satisfieri queat, industriam locet, nervosque intendat aurilegulus, oportet.

18. Laboris metallici, quis apud Romanos modus, quae leges, qualis in aurariarum cultura consuetudo? vt priscom in Dacia Romani operis ruderum fides certius, et evidentius constet, conferenda *Plinii* vniuersalis illa aetate, qua vixit, scientiae viri, in *Historia naturali* Vespasiano Imperatori inscripta, de auri inueniendi ratione, narratio.

Licet enim eiusdem, aliorumque de rebus subterraneis tradita scripta, friuola, ridicula, et in praxi tenuia esse, vt si talium scriptorum doctrinam quis expendat, merito ventilare incipiat, vtrum in reliquis granum veritatis habent, qui in subterreanorum doctrina, vt coeci oberrant, graui hac censura a *Bechero* in Prooemio *Physices Subterraneae* notentur; sufficiat tamen pro instituto id solum ostendisse; aurariarum culturam in tantum floruisse in Dacia, vt eadem hodie adhuc laboris continuatio, vix in nouata, superfit; contra multum ab eorum industriosâ remiserit sedulitate.

Sic ille Lib. xxxiv. *Aurum inuenitur in nostro orbe tribus modis. Fluminum ramentis, ut in Tago Hispaniae, Pado Ita-*

Italae, Hebro Thraciae, Paclalo Asiae, Gange Indiae. Nec ullum absolutius aurum est, cursu ipso, trituque (atrituque) perpolitum. Alio modo puteorum scrobi- bus effoditur, aut in ruina montium. Aurum, qui quaerunt, ante omnia Segulum tollunt; ita vocatur indicium; alueus, ubi id est, arenaeque lauantur, atque ex eo, quod resedit, coniectura capitur, ut inueniatur aliquando in summa tellure protinus rara felicitate (facilitate) ut nuper in Dalmatia Principatu Neronis, singulis diebus etiam quinquagenas libras fundens, cum iam (et iam) inuentum in summo cespite. Alutationem vocant, si et auro ea tellus subest. Ceterum montes Hispaniae aridi, sterilesque, et in quibus nihil aliud dignatur, huic bono coguntur fertiles esse. Quod puteis foditur, Canalitum vocant, alii canaliense, marmoris glareae (marmoris aut glareae) inhaerens, non illo modo, quo in oriente Sapphyro, aut (lapide) Thebaico, aliisque in gemmis scintillat, sed micas amplexum marmoris. Hi venarum canales, per marmor vagantur, et latera puteorum, et huc illuc, inde nomine inuento, tellusque ligneis columnis suspenditur. Quod effossum est, tunditur,

lauatur, vritur, molitur in farinam. Nam quod ad pilas cedunt, apiluscidem vocant: argentum, quod exit a fornacis sudore. Quae e catino iactatur spurcia, in omni metallo vocatur scoria. Haec in auro coquitur iterum, et tunditur. Catini sunt ex tasconio. Haec est terra alba similis argillae. Neque enim alia afflatum, ignemque, ac ardentem (flatu, igneque exardentem) materialiam tolerat. Tertia ratio opera vicerit Gigantum, cuniculis per magna spatia actis, cauantur montes ad lucernarum lumina. Eadem mensura vigiliarum est, (ac quietis) multisque mensibus non cernitur dies. Arrugias id genus vocant: Siduntque rimae subito, et opprimunt operarios, ut iam minus temerarium videatur, e profundo maris petere margaritas: tanto nocentiores fecimus terras. Relinquuntur itaque fornices crebri montibus sustinendis. Occursant in vitroque genere silices. Hos igne, et aceto rumpunt, saepius vero, quoniam in cuniculis vapor, et fumus strangulat, caedunt fracturis. (fractariis malleis praegrandibus.) CL. libras ferri terram agentibus, egeruntque humeris, noctibus, ac diebus per tenebras proximis tradentes:

lu-

lucem nouissimi cernunt. Si longior videtur filex, latus sequitur, fossam ambit quiete. Tamen in silice facilius existimat opera. Est namque terra ex quodam argillae genere, glareae mixta, candidam vocant, prope inexpugnabilis. Cumneis eam ferreis aggrediuntur, et iisdem malleis, nihilque durius putant, nisi quod inter omnia auri fames durissima est. Peracto opere ceruices fornicum ab ultimo cedunt, dantque signum ruinæ, eamque solus intelligit in cacumine montis eius peruigil. Hic voce, itaque repente operarios reuocari iubet, pariterque ipse deuolat. Mons fractus cadit a se se longo fragore, qui concipi humana mente non possit, et flatu incredibili. Spectant viatores ruinam naturæ. Nec tamen adhuc aurum est: nec sciere esse, cum foderre. Tantaque ad pericula euincenda sati sicut causæ sperare, quod cuperent. Alius par est labor, vel hoc maioris impendii, flumina ad lauandum hanc ruinam iugis montium ducere obiter a centesimo plerumque lapide. Corrugos (corruos) vocant: a corriuatione credo: nimirum (nimius) et hic labor est. Praecepisse libramento oportet, ut fruaris, quando influat, itaque altissimis partibus du-

ducitur. Conuallis, et interualla substrutis canalibus iunguntur. Alibi rupes in uiae, (viuae) ceduntur, sedemque trabibus cauatae praebere coguntur. Is, qui credit, funibus pendet, ut procul intuentibus species nefaria quidem, sed alitum fiat. Pendentes maiore ex parte librant, et lineas itineri praefigunt. Itaque insistentis vestigiis hominis locus non est. Manes trahuntur ad homines, ut vitium importent. Id genus terrae vron vocatur. Ergo per silices, calculosue ducuntur, et vrium euitant. Ad capita deiectus in superciliis montium piscinae cauantur ducentos pedes in quasque partes, et in altitudinem denos. Emissaria in his quinapedium quadratorum ternum fere linquuntur, et repleto stagno, excussis obturamentis, erumpit torrens tanta vi, ut saxa peruoluat. Alius etiamnum in plano labor. Fossae in quas (per quas) profluat, cauantur, agogas vocant: eae sternuntur gradatim vlice: Frutex est vlex ruris marini similis, asper, aurumque retinens. Latera cluduntur tabulis; ac per praerupta suspenduntur, canali ita profluente, de terra in mare. Vlex siccatus vritur, et cinis eius lauatur, substrato cespite herbojo, vt fidat aurum.

His

His de causis iam promouit Hispania in priori genere, quae exhauriuntur immenso labore, ne occupent puteos, in hoc rigantur. Aurum arrugia quaesitum, non coquitur, sed statim suum est. Inueniuntur ita massae, nec non in puteis, etiam denas excedentes libras. Palacras Hispani, alii Palacranas: idem quod minutum est, balucem vocant.

NOTAE IN TEXTVM PLINII.

Aurum inuenitur in nostro orbe fluminum ramentis. Orbem appellat Plinius, Dominatum Populi Romani in Asiam, Africam, et Europam, super tot Regna Populos, et Nationes longe, lateque protensum, quorum vnu fructus, tanquam totidem venis, reffluo ad cor Populi Romani sanguine, victores, Dominique vnuarii incaluere. Ac posteaquam vnuus auri in nummis inualuit, tanta cunctos incessit cupido habendi, vt rabie quasi exarserit non iam auaritia; excogitato quouis foenore, queſtuosa, sed fames ipsa auri. Gentes deuictae non modo facultatibus aureis spoliatae, sed tellus ipsa, et fluuii. Non amplius aurum argento redemptum est, sed et excuffis terrae

terrae latibulis, fluuiorumque aliis,
vnde conquisitum.

*Orbem iam totum victor Romanus habebat,
Qua mare, qua terra, qua sidus currit
utrumque,
Nec satiatus erat, grauidis freta pulsa
carinis
Iam peragabantur: si quis sinus abditus
ultra,
Sique foret tellus, quae fuluum mitteret
aurum,
Hostis erat
Et
Quicquid fodit Iber, quicquid Tagus ex-
pulit auri,
Quidque legit diues summis Arimaspus
arenis.*

19. Hoc omne Romanorum exercuit industriam, impleuit cupiditatem. Primus quippe, et facillimus auri inueniendi, et conquirendi modus, in fluminum ramentis se offert. Memorat ideo quinque praecipuos auriferaces fluuios. Quot vel ignoratos, vel minori fertilitate grauidos sponte praeterit? Nostra solum Dacia mediterranea *Auratum*, seu Chry-

Chryfolorem ex radice montis *Bihor* dupli
plici brachio scaturientem, *Apulum*,
Gyogum, *Strigium*, *Crisios album*, et
celerem, *Marusium* ab influento aurati,
Silum, *Szamosium*, maiorem et mino-
rem, *Bisztricum*, *Dumbauiczam*: Dacia
trans alpes, seu *Valachia* hodierna,
Oltum, seu *Alutam*, postquam terminos
mediterraneae transgreditur, *Argecum*,
Ialoniczam, et plures minores numerat
auro sui generis absoluto nobiles. Ut,
non minus eleganter, quam vere, no-
uellae Musae Academiae Regio-Princi-
palis *Claudiopolitanae*, nuper cecinerint:

*Non est magna quidem (Dacia Transfil-
uanica) argenti sed diues, et auri
Horum plus nimio quisque colonus
habet.*

*Indorum cedant aurati flumina Gangis,
Cedat et Hesperidum diuitis iuda
Tagi.*

*Diuitias Craesi sileat Pactolides undas
Lydia, et auriferos Itala terra Pados.
Thracia non memoret glebis flauentibus
Hebrum,
Aurum hic (vera loquor) fluuius om-
nis alit.*

20. *Nec ullum absolutius aurum.* Non, quod vis aquae dulcis fluuiorum, vel imbrium, finitatem auro impertiret; sed quod tritu lapidoſo, a limo, arenaque adhaerente, denudatum, pascendis oculis gratum reddat. Siue enim a superficie, vel e radicibus, tanquam matri- cibus, montium, imbrium eluuione li- beretur, siue in ipsis alueis, tanquam loco natali genitum fistat, mixturam internam mutare nequit. Auri quippe effentia vna, eademque est, nec aliter aurum vnum altero melius est, quam quod plus, vel minus alterius metalli miscelae innexum est.

21. *Puteorum Scrobibus.* Plures ad- huc visuntur lacunae, simili puteorum labore versae, in profundum tamen vix protensae; siquidem sublato segullo, siue crusta terrae cespitosa, prodit sabu- lum, vel limus argillaceus auriferax: prouti in pluribus locis montium *Vulca- ni*, *Dupapiatrae*, *Füzes*, *Karáts*, aliis- que visitato ab hodiernis labore videre est, et lingua Valachica *Vertés*, forte a vertendo appellantur.

22. *Aut ruina montium.* Post copiosos imbræ, tempore cumprimis verno solutis niuibus, iuncturas rupium cuneorum instar permeantibus; nec non internis terrae concussionibus rupes saepe desiliunt; exterior terra delabitur, variaeque subinde deteguntur auri venulae. Tales ruinae, Abrudbanyensibus hyemis penuriam, saepius cum foene ore supplent.

Quod refedit coniectura capit. Limus enim et fabulum super corbe, seu alveo lotorio iactigatum, aqua, concusione frequenti dilutum, subsidentibus ramentis metallicis in postica parte, auri indicium praebet.

23. *Alutatio.* Labor aurilegulorum Kis-Aranyoschienium, technico vocabulo Romanorum metallariorum sic vocatur.

24. *Canalitium vocant.* Similis priori metallurgorum technicus terminus, quo aurum in venis quasi per tubulos fluens, indigitant.

Marmoris glareæ, h. e. lapidoſo concreto, ſed friabili intersperſum.

Micas amplexum marmoris. Aurum Du-papiatratæ, et quod in solido faxo aliquando et ad solem invenitur, in magnis et parvis frustulis, interspersum appellatur.

Venarum canales per marmor vagantur. Metallariis Germanis: Gänge, ductus, seu parietes lapidum, Klüste, interfecantes, quemadmodum fissuræ per vitri medium factæ, solentque vel cohaerentes et continuæ, vel dispersæ et in ramos diuisæ esse.

25. *Inde nomine inuento.* Ductus metalliferi nomina accipiunt a partibus coeli, ope Cynosuræ, definitis, unde matutini, ferotini, plus vel minus mixti, exeuntes protensi, declinantes &c.

26. *Tellus ligneis columnis suspenditur.* Ad structuram putei, necesse est tigna per intervalla locare, tigilla affigere, transuersaria firmare, asseribus munire. In cuniculis et egestis cavitatibus, subrutis lapidum fundamentis, tectum columnis fulciri necessum est; ne obruantur fossores aut aeris ventilatio praecludatur. *Quod*

Quod effossum est, tunditur. Effossum et exportatum ex fodinis, primum a terris discernitur, post, si friabile est, tunditur; quod refractarium est, uritur vel ustulatur, aqua aspersa friabile redditur; per molam siccam in pulverem molitur.

27. *Ad pilas cudunt.* Sunt machinae, quae venas udas, pilis praeferratis hodie, antiquitus ex durissimo faxo, quod et hodie fit, vbi sumtibus parcitur, acuatis comminuant. Pro fusione tam humida, quam sicca, inferuiebant Romanis excauata grandia mortaria duarum metretarum frumenti capacia. Vidi Abrudbanyae in valle Corna tale mortarium metallicum, supra fundum aliquot digitis transuersalibus perforatum, fundo crassiore et prominente.

28. *Argentum quod exit.* Fodinale aurum plus minus argento remixtum semper est. Fusa in fornace gleba metallica, dum plus de argento quam auro participat, a potiori argentum vocatur. At in coementatione argentum relicto auro, ollae vel catini poris se fe insinuat, et superficiem non guttis solummodo, sed quasi foliis obducit.

29. *Vocatur Scoria.* Metalla nunquam ex terrae visceribus ita pura et sincera eruuntur, ut immixtas fibi heterogeneas particulas non habeant, quae quia motui intestino particularum metalli ab ignis agitatione induiti, quo ad minimas sui partes obsecundare nequeunt, haerent in superficie; ubi motus ceteris paribus non tam intensus et spatium maius. Hae particulae vocantur scoriae, nec rapto auri et argenti prorsus immunes, plerumque autem antimonialis, arsenicalis et Jouialis ac Saturninae prosapiae, ideo soluendis aliis glebis metallicis intractabilioris texturae et fusione facilitanda additae rursus et commixtae, plurimum conferre censentur.

30. *Catini funt ex tafconio.* Excoctioni, fusioni et docimasiae venarum metallicarum inferuiunt catinus, vel catellus vitrificatorius, crucibulum, cucurbitina, ex terra pingui argillacea que, quae non modo ignem toleret, vitrum Saturni perferat; sed et fabulo immunis sit, ne cum vitro Saturni colliquefcat, vel perforetur cum iactura metalli et temporis. Item cupella cineritia e cineribus elixi-

elixiuiatis, seu falsedine alkalina liberatis additis offibus ustis, quarum fundamentalia requisita sunt, ne vitrescant, sint porosae, neque tamen molles, ut dilabantur. Inde argilla talis ex loco natali *Tasco*, appellatur *Tasconia*; et catini Tasconii. Substituitur cineritiis hodie tanquam diurnae desiccationis et candefactionis incommodis obnoxiiis, cum magno compendio pulvis ex faxo calcariae indolis, talciformis texturae, *Wetser Spat*, ustione factus, qui cum tenui solutione vitrioli madefactus, formatur in modulo, et post instantaneam exsiccationem trahitur in usum.

31. *Cuniculis per magna spatia actis.*
Ad mille quingentos passus cavato monte puteos argenti in Hispania actos, memorat Plinius, *Libr. XXXIII. Cap. 17.* Sic ad ducentas orgyas et ultra, a Rudolpho nomen habentem, excauari cuniculum, perhibent Schemnizen-
ses.

32. *Eadem mensura vigiliarum est.* In cuniculis profundius a sole actis, cuncta ad lucernarum, Gruben Lühter, lumina fiunt; iis tempus et constituta metal-

Iorum demensa , die Schichte , metiri mos est.

Multisque mensibus non cernitur dies.
In profundioribus et extensis puteis et cuniculis , non tam mercenariis , quam captiuis et condemnatis , unde lex : damnari in metallum , h. e. fodinam talem , vbi sint Romani , quibus exire integrum non fuit.

Arrugias vocant. Graeci *χευσορυχίαν* ab *ερυγή* vel *ερυχή* fossione.

33. *Fornices crebri montibus sustinendis.*
In extensionibus venarum excauantur varii fornices , *Zeche* , et relinquuntur saepe columnae sustinendis cauitatibus metallicis , *Bergfeste* , vti et in salis fodinis vnu venit.

Occursant Silices. Hae sunt venae , matraces auri dictae , auro vel solido vel intersperso micantes , per latera fodinarum disperfae , vel tractum vnum tenentes.

34. *Hos igne et aceto rumpunt* , Intractabilis durities incidi et malleo non

non cedens, vſtulatione carbonaria, et aceti asperſione ſuperatur, ita enim friabiles redditi, longi lapidum nexus, facilius separantur.

Vapor et fumus strangulat. Periculosa haec nimis operatio in protractis profunditatibus, vbi circulatio aëris stagnat, non tantum quod ignis difficulter alitur; ſed quod vi et agitatione ignis tam ex fumo, quam vaporibus arfenicalibus commotis, ſuffocantur operarii. Ideo hodiernis perforatio ope longarum terebrarum, et disiectio vi pulueris pyrii elatifica, certius, ſecurius, et utilius substituta. Igne lignorum vtuntur quidem et hodie Abrudbanyenes, verum vbi ad folem peragitur labor.

Cedunt fracturis. Solutis lapidum commiffuris, magnaе aliquando lapidum moles ferreis cuneis separantur.

35. *Egeruntque humeris.* In ferri fodinis Thoroczkaiensib⁹ hodiedum vſu receptum, at in ordinatis cuniculis ope cursorii, in puteis ope modii tractorii.

Perañto opere. Vbi venae, earumque fibrae penitus excisae, vel aquae ingruentes spem prouentus vltiorem adimunt.

36. *Ictu repente.* Tales sunt Valachorum de templorum et turrium lateribus penduli afferes abietini, vel laminae ferreae catenis suspensae, quibus ordinato ictu pulsatis, loco campanarum signum datur tempus facrorum adesse.

Nec tamen adhuc aurum est. Granula auri ita aliquando venae glebae interspersa sunt, vt non prius, quam pilis contusa fuerint, et limus eluatur, sciri possit.

37. *Corrugos vocant.* Nil vsu magis receptum Romanis laborioso hoc opere. Visuntur innumera vestigia corrugorum, seu confluxus aquarum per montium iuga a longe saepe ad lauandum per tabulas lotorias aurum duci solitorum. Apparent indicia libramentorum canarium et retinaculorum, quorum ope fabuli auriferi lotura instituitur.

38. *In superciliis montium piscinae cauantur.* Similis in summitate vallis a rubro

rubro riuo dictae ad Abrudbanyam pisci-
na, seu receptaculum aquae pluialis
summo metallicolarum commodo hodie
visitur; quae a Romanis ad haec usque
tempora Chrysopiforum humectauit sic-
citatem, et nuper admodum ampliori
alueo retinaculisque adeo munita fue-
rat, ut torrida et impluvia etiam ae-
state, ad plures septimanas totius val-
lis centum molis quassateriis sufficien-
tem praeberet aquam. Similes in valle
Corna, *Stanisana*, in *Kritsor*, *Trestia*,
Keresbánya. &c.

39. *Agogas* vocant. Nullum artis, in-
dustriaeque genus a Romanis omis-
sum, siue in montium praecipiis, siue con-
uallibus, locisque planis, deprehensem,
eliciendi aurum; tales agogae in *Czebe*,
in *Kis-Aranyos*, *Pojana*, aliisque hodie
in usu. Nisi quod nunc non vlex, sed
vestis lanosa ubique substernatur.

40. *Arrugia* quae situm statim suum est.
Aurum quod ad radices montis *Bihor*
in *Kis-Aranyos*, *Czebe*, post *Bisztric-
cium*, *Obryzum*, vulgo *virgineum*, in
frustis inuenitur, nulla amalgamatione
indiget, purum quippe sincerum et fini-

G 5 tatem

tatem aliquando 19. et 20. caracta-
rum exaequat.

41. *Liberi auri* in Dacia naturalis in-
ventio, et hodie *lotura* fit. Quippe
limus, fabulum vel arenosa terra, mar-
casitam auro grauidam, grofso hoc la-
bore expuit. Penes fluuios, vbi ex-
perimentum auri captum est, erigitur
scamnum lotorium, seu asser oblongus,
vna extremitate erecta, altera ad me-
dium declivi et depressa, apud nos
quidem brevior sed latior, at in Va-
lachia duplo longior, transversalibus in
latitudinem scissuris distinctus, lateribus
vtrinque fimbriatis, tegitur veste villo-
sa vel canabinā, cui corbibus et sim-
pulo manubriato simul cum aqua, are-
na aurifera affunditur. Labor tam diu
continuatur, donec crassioribus et fa-
xosis decedentibus, pars subtilior cum
metallo a veste detenta, eandem ob-
duxerit; tandem obducta et inebridata
vestis crebris lotionibus, seu immersio-
nibus a fabulo liberatur, et hoc, ope-
aluei lotorii **Schesdtrog** siue **Sicheretrog**
eluitur.

42. Extra flumios fiunt tabulae decussatim inferiori extremitate coeuntes, super quas fabulum, terra et limus aurifer rostratur, admissa per alteram extremitatem aqua, eluitur, effluente, prout operarius iudicauerit, aqua et limo per inferiorem in medio coeuntem extremitatis aperturam, remanet, quod grauius coeteris est.

43. In quibusdam locis fodiuntur canales, ac respectu terrae auro gravidæ nunc latiores, nunc angustiores, pariterque profundæ, ex his rastro metallico egeruntur, primum faxa terraque crassior, et ad caput canalis aqua retinaculo intercepta immittitur, remanente fabulo metallico, a limo canalis depuratur aquæ eluuio. In *Czebe*, *Kis-Aranyos*, et locis vbi granulatum vel ramentosum ac foliatum quaeritur aurum, modus iste lotorius in vsu est.

Taliter nisi sex dierum spatio vnum, duo, triaue auri pifeta colligi possint, locus labori inutilis et effoetus censetur.

Eadem ratione fit auri *fodinalis* lotura; glebae enim metallicae tritui humido cedentes, in limum et fabulum redactae, ex pilorum quassatoriorum alveolis immissa per canaliculum aqua, ad tabulas infra pilas fitas, ac vti supra, veste tectas, deturbatur, inde vti post superiores labores, per alueum seu corbem lotorium *Scheid* seu *Sichertrög* secernitur.

44. Corbes isti seu alvei apud nos sunt longiores et non quadrati, uti in montanis Hungariae, in extremitate, per quam aqua et limus effunduntur, latiores et declivius protensi, retro vbi vtrinque auriculae, quibus iactigator corbem tenet, angustiores, lateribus tamen eleuatoribus, et fundo paululum alueoso, marcasitam auro grauidam, una cum ramentis nigris, plerumque martilibus, succussoria agitatione retinente.

45. Labor hic auti lotorius, speciosissimae Poëtarum fabulae, de *aureo Vellere*, a Jasone inuento, dedit originem. Regio quippe Colchorum abundat auro ramentofo, venisque metallicis. Strab. Lib. X. scribit, *multos fontes ex Cau-*

Caucaſo manare ſcaturientes aurea arena, eamque ab accolis colligi lanofis pellibus in aquam poſitis, quae pelles, ſubſidente in iis arena, aurei velleris praeſe ferunt ſpeciem. Et Plutarchus expreſſe docet: *Colchos e fluminibus aſſeribus perforatis et lanofis pellibus aurum excipere ſolitos fuiffe.*

46. *Labor fodinalis* diſſicilior ſumtuorūne illo, qui in ſuperficie terraे ad ſolem, vel ad ripas aquarum peragitur, eius tamen utilitas maior, prouentus conſtantior plerumque et certior. Isque fit vel demiffione puteorum, vel productione cuniculorum. Putealis fit in cacuminibus, ſuperciliis et tergo montium, quorum tam exterior ſitus, quam certa iam capta inδicia ſpem prouentus, metallariis pollicentur.

47. Quia vero ad magnas profunditates ſimiles putei, tam ob graues ſumtus, quam ingruentes aquas, et stagnationem aëris effodi non poſſunt: cogitatum de cuniculis, quorum ope tam difficultas, qua putealis labor premitur, tollitur, quam venarum extenſiones, liberius indagantur.

48. Venae enim pauciores reperiuntur, quae perpendiculariter ad centrum tendunt, multo plures, si non omnes, quae decussatim et oblique acclivitatis, declivitatibus ac situi montium se se accommodant. Et primarius metallariorum labor est, multaque admodum experientia acquiritur, venarum extensiones, concursus et productiones definire posse; nec vlla lex vniuersalis reperitur, quae mihi necessitatem imponat, cuniculum, hic et non ibi agendi. Non enim in omnibus Provinciis eadem montium structura, situs, nexus, commissurae, eadem faxorum indoles: proinde nec iidem venarum ductus ac indicia. Nec metalla huius Provinciae legibus remotioris se subiici patiuntur; ita quidem, vt mille triangulis licet rem incertam metiaris; minus tamen efficies, quam vnum loci, montiumque gnarus, facto metalli experimento, sua habituali coniectura efficiet.

Quae enim scientifica ratio, aut theoretica institutio ostendet, quod montes hi, ripae, alvei aquarium, auriferaces sunt? Quomodo demonstrabit, quod

quod venae , seu tractus glebarum metallicarum, hanc secundum cardines mundi , dispositionem habeant : Gebürgsgeschickte , die Gänge nach ihren Streichen , oder Stunde , hangen und liegen ? Quae ratio conditionum et differentiarum lapidis in hac vel illa vena reperiundi , et vnde differentes venarum , secundum horizontem , ascensus et descensus , stetend und fallender Gänge , et similia cuius obuia in praxi ? Hactenus nulla uti recte monet Experientissimus *Stahljus.*

* Quomodo tempore vernali non inuita fortuna nouae reperiendi sint metalli fodinae , praecipue Transiluanis, ostenditur in libello Cibinii A. 1710. in forma 12. edito. En titulum : Bergmannisch Tractatlein ; wie man Frühlingszeit neue Bergwerk suchen , und Klost und Gänge ausgehen könne. Zu Aufnahme der Bergwerk zusammen getragen , durch Johan Franz Leopold Kropffsen , Kais. Münzmeistern in Siebenbürgen. Hermannstadt drucks Michael Pelzöbrißer. Im Jahr , 1710. plag. 1 $\frac{1}{2}$.

An autem conjecturam *Virgula diuinatoria* dicta , plusquam alia indicia in oculum incurrentia , tam theoretice , quam practice excitare ac roborare valeat , res est in disputatione. A plurimis fides virgulae , summa imo certifima

sima adscribitur : ab aliis pernegatur. Verum , vti haetenus nemo demonstratum iuit , cur surculus corilinus , prae- cise in meridie festi S. Joannis , et qui- dem vno ictu , amputetur , vt detegen- dis metallis aliquaque vsibus aptus esse posfit ? ita multo minus qualis in eo fit magnetismus , vel sympathetica a- ctio , occulta in praecordiis terrae cras- foque cortice tecta , detegendi absque limitatione , proportione , proportiona- tae distantiae : ideo , donec haec de- monstrata non fuerint , haud immerito iudicium de virgulae diuinatoriae cer- titudine et efficacia suspendi potest.

Quod autem multa a quibusdam me- tallurgis de eius certitudine ac ope vir- gulae detectorum veritate depraedican- tur , id vt plurimum magnifica eorun- dem superstitioni , superbaeque labores eleuandi ambitioni , quasi solis dispen- fatoribus ianua antri Plutonis ad subter- raneos thesauros pateret , tribuendum.

Plures numerat metallicus orbis , e- luuionibus vernalibus , imbribus largioribus montiumque fracturis , et casuali experientiae detectas metallorum ad ex-

extremum terrae limbum eminentes
venas, quam intortae hinc inde, va-
riisque verborum susurris incantatae
virgulae documento, quod cum anti-
quitate depraedicat *Lucretius*, *Libr. V.*
de rebus naturalibus :

- - -

*Aes atque aurum ferrumque repertum,
Et simul argenti pondus, plumbique potestas :
Ignis ubi ingentes sylvas ardore cremarat,
Montibus in magnis, seu coeli fulmine missis :
Siue quod infer se bellum silvestre gerentes,
Hostibus intulerunt ignem formidinis ergo,
Siue quod induiti terrae bonitate, volebant.
Pandere agros pingueis et pascua reddere rura ;
Siue feras interficere et ditescere praeda.
Nam fouea atque igni prius est venarier ortum,
Quam sepire plagis saltum, canibusque ciere.
Quicquid id est, quacunque e caussa flammeus ardor.
Horribili sonitu silvas exederat altis
Ab radicibus, et terram percoxerat igni,
Manabat venis feruentibus in loca terrae
Concaua conueniens, argenti riuus et auri
Aeris item et plumbi - - - - -*

Romanos non sola lotura in superfi-
cie terrae ; sed et cuniculis puteis-
que aurum quaeritasse, in Dalmaticis
aliisque auriferacibus Prouinciis indicio
est, *Statius, Libr. IV. Sil. 7.*

*Quando de dulci Latio remittent
Dalmatae montes, ubi Dite viso
Pallidus fossor redit, erutoque
Concolor auro est.*

Similiter *Lucanus*, Libr. IV. vers. 303.
*Tunc exhausta super multo sudore iu-
uentus
Extrahitur, duris silicum laffata me-
tallis.*

51. Certiori autem documento sunt ruinae metallicaæ in Dacia. Vbi enim constans venarum metallicarum extensio, vel notabilis concursus, vel metalli inspersa pyriti glareaeque dilatatio, deprehensa; camerato cuniculari opere rem tractasse, apparet ex insigni illa supra Abrudbanyam montis ruptura, ad quam introitus in solida rupe excisus, gradus nondum oblitterati et ingenti excauata opere concavitas, aurique inuentio in eiusdem lateribus et ruinis quotidiana, nulli secundum perhibet testimonium. De simili *Statius*, Libr. I. *Sil. 2. vers. 158.*

*Pendent innumeris fastigia nixa colum-
nis,
Robora Dalmatico lucent satiata me-
tallo.*

Similes labores visuntur *Rudnae*, *Herzogani*, *Hunyadini* in ferrifodina, prope *Mehadiam*, inter *Karanjschebes* et *Orschovam*. Sic nuper expurgari ceptus in *Trestia* cuniculus, per solidum saxum gradus detexit pro commoditate metallariorum excisos; quos a sequioris aetatis fossoribus non factos esse, vel inde constat, quod hi cuniculos horizontaliter ducant et ascensus ac descensus per ligneas scalas, aut funes parcendo expensis, absoluedos iudicent.

52. Neque tam superstitiones fuisse in mensura altitudinis et latitudinis cuniculi, sicut hodie plerique ad artis regulas pertrahere nituntur, contenti vtilitate ex sedula, secura ac necefaria opera promanante.

Puteorum plurima apparent indicia ex coeuntibus monticulis, dehiscentibus vallibus, amplis foueis, congestis lapidibus, per tractus metallicos hinc inde copiose conspicuis, prout in montibus supra cuniculum a *Sigismundo* nomen habentem, *Vulcanum*, *Brezanum*, *Herzoganum*, *Karats*, aliisque.

53. Quicquid hodie glebarum metallicarum, siue puteali, siue cuniculari, siue ut vulgo loquuntur, solari labore effuditur et congeritur, ad molas quassatorias defertur, per quas pilis ferro vel lapidibus solidis et longos ictus ferentibus obtuse acuminatis contunditur, et aquae in cisternas influentis beneficio, in limum abit, ac saxeo-terreis partibus contusionis actu subtiliter commutatis, per ductus longius protensos transeuntibus, in alveo vel tabula lotoria grauidius remanet metallum.

Sunt tamen loca nonnulla, quorum minerales glebae plus aliis refractariae sunt, neque aurum disseminatum prius ostendunt, aut facile pilis tundi possunt, quam igne vultentur, vti sunt montis *Schatrafch*; tunc granulis milii instar prominentibus micant, et grato aspectu oculos pascunt, glebaeque friabiles et pistillis obsequiose redduntur.

54. Molae quassatoria, quae singulis hebdomadibus prouentus fuos aureos Caesareae Campioni afferunt, frequentes sunt tam in fundis Regiis, quam Dominorum terrestrium pilis 6. 9. 12. prout

prout vrburariorum facultas et aquae molas agentis copia dat, munitae.

55. *Auri liberi* haec est ratio. *Ligatum* quod attinet, illud aliis mineris et metallis permixtum et incorporatum est. Reperitur autem in *Antimonio*, solari ideo nuncupato; cum elegantibus, sed non longis striis punctisque rubris interspersus, cum cinnabari, sed quae non altum minii colorem, verum subobscurum mercuriale habet: in *Lunaribus*, item *Saturninis* et *Veneris* mineris et metallis, quorum defectum in *Prouincia*, qui ignorant, persuadebunt similiter ignarisi. Quoniam vero profundius haerere videntur, ac exinde tam in eruendo, quam separando, labore et expensis maioribus indigent, facilitori viuendi generi homines astuti, suis compedibus innoxium varieque dispersum intactum relinquunt.

56. Aurum denique omne, siue fodinale, siue fluuiatile, et obryzum participat de argento, hoc tamen plus vel minus, quam illud, tertia nihilominus pars auri fodinalis paucim ceteris

ris paribus, argentum est, vel sic computatur.

57. Argentariarum laborei Romanis curae fuisse, certissima ostendunt vestigia. Visuntur adhuc tumuli scoriae runi, imo ipsae scoriae lapidescentes dignoscuntur. Si quaeras, vbi nam? *Schäffensibus*, *Herzogenfelsibus*, *Banzenfibus*, *Torockaienfibus*, *Offenbanyenfibus* ruderibus et longis *Rudnenfum* indicis relictis, tractus Transiluaniae ex Hungaria intrantibus, finistram versus argentariis fertiles sunt. Sed dicis causa quis credit? Adfunt ipsa rerum testimonia, palpantur manibus igneque probantur.

58. Soli hodie *Bistriencenses* ex argentariis Rudnenfibus aliquantulum argenti eruunt. *Siculi* glebae suae amantissimi et vel ob vniculam sterilem stirpem zelotypi oculos Fisci metuunt, prouentuque Cereris contenti, scintillantes argenteae minerae venulas, eruere non fatagunt.

59. Quidquid praeter haec in agendis cuniculis, excauandis puteis, discer-

scernendis, vrendis et quaſſandis venis, aliisque operis metallicis, legum vim obtinet, a plurimis post *Plinium*, antiquorum et modernorum temporum Metallurgiae scriptoribus, inter quos *Leonth. Löhneſius*, *Lazarus Erkerus*, *Albinus*, *Mathesius*, *Kirchmaierus*, *Alvarez Alphonsus Barba*, *Röslerus* in speculo Metallurgiae, et *Spanius* in Speculo Juris Metallici, aliique praeter metalli scriptorum patrem *Agricolam* traditum abunde. Ideo ne perfunditoria narratione manuaria opera expeditos, et nil, quod non metallicē, vel lingua metallicā dictum approbantes, offendam metallarios, laborem mallei et incudis raftrique metallici altioribus intentus aliis relinquens, ad eosdem et similes alios scriptores, propriam imprimis capeſſendam experientiam scire plura cupidi, se remitti nouerint.

60. Metallurgiae quippe, praeter Pyrotechniam nulla hactenus scientia theoretica datur, fortuito casui experientiaeque ab utili cuncta debentur. *Lotura auri*, ſchlemmen und Schlich ziehen, ſolius aptae iactigationis manuum opus est: *Architectura subterranea*, das

Gebau führen: *Ichnographia et Geometria subterranea*, das vermessen, versteinen, marktscheiden: *Hydraulica Metallurgia*, die Gewaltigung der Wasser durch Stollen einbringen, Wasser leiten: *Divisiones*, quae *ius et proprietatem* pariunt; Feld vermessen, Gründgruben und masen, mechanicam et manualem peritiam tantum requirunt. Similiter pure mechanicae considerationis sunt, machinae e profundo mineras ad altum ducentes, vel e cuniculis horizontaliter promouentes.

61. Quicquid in lotura fit, vel ad eam pertinet, id totum eo spectat, ut aurum a compedibus terreis, faxeis, fabulosis, limosisque liberetur, ac ut dignoscatur, vbi lotura instituenda est. In fodinali, cuniculari scilicet et puteali labore, ad ductus venarum, securitatem metallariorum, et maxime ad aeris recentis appulsuum, qui, quibus instrumentis et modis fieri debeat, attendendum. Ad mensuras non ita stricte, quia potentia rationi et iuri saepe praeualet. Denique in omni opere metallico aquae, lignorum, commoditatis vectrae, et molarum quaestio-

toriarum precipuae exigantur rationes, antequam continuando labori, manum admoueat metallarius.

Varias, varii, huius vel illius ope-
rae tradunt emendationes, quisque pro
suo genio et saepe commodo.

62. Quoad molas quaffatorias, in de-
fectu sufficientis aquae, ostendit for-
mulam instrumenti mole parui, insignis
Architectus Caesareus, cuius in ma-
chinis compendiandis laboribusque fa-
cilitandis, ratio Archimedeo problema-
ti innitur: *Vi enim minimia pondus
licet maximum loco mouendi.* Vnius vi-
delicet hominis manuali opera, duode-
cim pistillorum mola facile agi posset,
si in praxim diceretur. Simili ma-
chinula campana Viennensis 400. Cen-
ten: in turrim eleuata, leuissima te-
nuum brachiorum opera. Huius pro-
blematis veritati innixus Archimedes
petiit sibi spatium, ubi pedem figat,
dari, ut terram loco moueret.

63. Pyrotechnia Aurilegulum in tantum instructum esse oportet, in quantum is aurum aljis metallis et venis metallicis marcasiteisue absorbtum eruere, quid, vel quotam partem in se contineant, dignoscere; venas examinare, ope *Saturni*, vel *Salis fusorii* fundere, excoquere et ad trutinam expendere, necesse habuerit. Cetera ad Chymiam spectant et Pyrosophorum sphaeram tangunt.



CAPVT III.

Laborem auri Monetarium declarat.

I.

Quicquid *Auri liberi* per loturam acquiritur, in puluere est, plus vel minus ramentolo, grumoso, granulato, vel farinae, aut tenuis fabuli instar molli, colore, plus minus pallido, vel subobscuro, ramentis metallicis, quae lotura expurgari prout limus et arena ceu grauiora et in aqua subsiden-
tia non possunt, referto.

1. Scobibus ferri minutulis, pluribus autem marcasitae ramentis, omne aūrum siue fodinale, siue fluuiatile luxuriat; quibus vt expurgetur, validiori vel remissiori ignis ministerio, variisque cuneis et cribris indiget.

2. Puluis itaque aureus primum e lotura madidus comparet, post exsicca-
tur, lapide magneticō fusque deque
volutato, a scobibus et ramentulis
nigris, verē martialibus, lanae et floc-
corum

corum instar adhaerentibus tantundem, plus vero mercuriali amalgamatione tam ab iis, quam ceteris incrementis, liberatur. Additur vna Mereurii curen-
tis ad duas auri, sed leuiter calefacti,
partes; fit inde amalgama, quod tam-
diu aqua pura abluitur, donec massa
argentii colorem acquirat.

Mercurius quippe aurum amplexus,
caetera intacta relinquit, sed et vola-
tiliorem auri portionem, is cum pri-
mis, qui sine additamento calcis viuae-
et ex nobiliori cinnabarina minera eli-
citur, aliquando secum rapit; nec prius
auri confortium deserit, quam igne v-
stulatus et candefactus absque tamen
fusione, vel in auras auolet, vel per
descensum collectus, massam auri soli-
dam relinquat.

3. Mediante hac mercuriali amalga-
matione et taediosos loturae labores
Peruuiani abbreviant, et crebris lotio-
nibus contingere solitae auri iacturae
consulunt. Teruntur ibi venae aureae,
vel limus ac arena aurifer, in mortariis,
seu molis amalgamatoriis, affusa aqua,
tantillo salis et multo hydragiro per-
mixta,

mixta, attritisque et eiectis excremen-
tis terreis aurum hydragiro maritatum
retinetur. Processum vide sis, in *Al-
phonſ. Barba. Lib. metallico* et *Kircheri
in Mundo ſubterraneo*.

4. Romanis hunc liberi auri purgandi
modum, haud ignotum fuifle, Plinius
teſtatur *Lib. XXXIII. Cap. VI.* *Argen-
tum viuum aurum ad ſe trahit, ideo et
optime purgat, caeteras eius ſordes ex-
ſpuens.* Qui quanto curioſius et ſincerius
peragitur, tanto minus in liquefa-
ctione et excoctione, maſſa aurea, de
ſuo quanto perdit.

Praeter ramenta illa externe con-
ſocia, omni auro, plus vel minus ar-
genti et aeris, indiuiduo nexu inefſe
ſolet; quibus, vt purum et defaecatum
compareat, labore grauiori, exſoluitur.

Fufum quippe in lamellas, vel gra-
nula, vel bracteas, in crucibulo vel
catinis, vel ollis fætilibus pulueri ex
latentibus vſtis, (qui quo antiquiores,
eo aptiores) et ſale montano per
ſtratiſcationem immixtum, ſub oper-
culo lutato, igne per gradus aucto,
ac

ac per horas VII. vel VIII. continuato, puritati restituitur, absorbtis a salino puluere, ambobus metallis.

5. *Caementatio* labor hic appellatur, priorum temporum monetariis, ceu minoris impendii, antehac usitatissimus neque Romanis ignotus. *Torretur* inquit Plinius: *cum duabus salis portionibus, et una lapidis, quem Schiston vocant.* Ita virus tradit rebus una crematis in fictili vase ipsum purum et inerruptum. Schiston, Graeci concreti aluminis vnum genus vocant, quod et cum haematide cognationem habet. Fortius agit puluis *Caementatorius* in Hungaria vsitatus, qui ex lateribus, calcinato vitriolo, purificato nitro et sale montano, aceto humectatis, parari solet. Cuius, vt et aliorum puluerum in operando vires, a salibus, agitatione ignis in poros auri impactis et spiculorum cuneorumque instar contiguitatem soluentibus, referantibus, ac similes particulas, similibus nectentibus, dependere videntur.

6. Quoniam autem in isthoc labore plura subinde praeter molestam repetiti-

titionem, occurunt incommoda; aucto quippe ignis gradu, saepe aurum in fluorem abit, catillos caementatorios perrumpit, cineres terramque profundiis permeat. Neque puritate certa ac aequali exit. Argentum etiam caemento et lateribus fictilium absorbtum, saepe cum aliqua auri parte, duplicato eoque sumptuoso labore reducitur.

7. Cogitatum ideo de separatione auri per *viam humidam*, per quam aurum et argentum peracto labore absque iactura rehaberi potest. Adduntur auro argentato, tres partes argenti fini, *quartationis* nomine, inde orto, proportione tamen argenti auro prius calculata, simul funduntur, granulantur; granulatae massae marcis tribus quatuorue affunditur aqua fortis ad eminentiam iustum, h.e.duorum, triunue digitorum transuersorum, calore arenae operatio incipit, lucta in bullis conspicua excitatur, et massa argenti abit in fluorem aquaeum, aurum vero sub pulueris nigricantis forma, fundum petit et aqua decantata, edulcoratur, ac in laminas funditur; argentum post, sale et cupro praecipitatur, et sic aquae fortis partes, ambobus exuuntur. . 8.

8. Nitri spiritus, penetrantissimum soluens horum metallorum, *aqua fortis*, seu separatoriae basis est, cui additur ratione dupla, vitriolum calcinatum, ut tanto melius spiritus ille penetrans ex nitro eliciatur. Vti vero in manipulatione speciales cautelae obseruandae veniunt: ita ad vitrioli natales oculum ut intendat operarius, necesse est; quod enim auri pondus aliquando in aqua forti augeatur, vel minuatur, non aliunde dependet: illud cum lucro operarii, hoc cum damno Domini, calculo vtrinque variante.

Et hoc obseruandum, ne nimia spiritus subtilitate, iusto maior in vitro effervescentia oriatur, cum iactura ramentorum auri, quam particella aquae dulcis affusa temperat, et iacturae obuiam it. Et argentum visibiliter effumando, ne de sua substantia nimium deperdat; olei, sebi, vel saponis additamento occurrentum.

Nec sal montanus, tam ex pulvere caementatorio, quam praecipitacione argenti in aqua forti inconsulte emanferit, siquidem nec ipsi parcat auro.

effe-

9. Eadem operatio est cum argento aurato per *Aquam Regiam* dictam, effectus dispar. Ex quo solo appetet texturas horum metallorum et situm partium internum, dissimiles et differentes esse. Licet non ignorem, nitri spiritum certa modificatione praeparatum utriusque metalli soluentem perhiberi, diuersa tamen enhiresis, diuersitatem non minus euincit.

10. Ex aqua forti prodit aurum, ab integra puritate, tribus quatuorve granis abludens; ast per *Antimonium*, ut meracissimum euadat, ultra purgatur. Additur nimirum *Antimonium* crudum melioris notae in proportione tripla et quadrupla auro argentifero, funduntur ambo in crucibulo, donec iunctim scintillauerint, absorbito argento et cupro a regulo, aurum putum, purumque solum relinquatur, secedendo propter granitatem ad fundum. Atque repetita, si opus fuerit, bina vel trina fusione et sulphure *Antimonii* fortiori igne pulso, aurum colore et qualitate, ut requiritur, prodibit. In hac operatione *Sulphur* istud *Antimonii* tanquam acidis, vitriolicis particulis pollens, agit in

caetera metalla, cum quibus, intacto
auro, vtpote diuersi ab aliis metallis
partium situs, abit in scorias.

11. Nescio, an scias, scribit ad me nobilissimus historiarum Professor Helmstadiensis et Academiae Regiae scientiarum Berolini socius, Joh. Georg Ecardus: *in Hercynia nostra, iam cudi aureos, quos ducatos vocant, quibus inscriptum: EX AVRO HERCYNIAE INFERIORIS.* Extrahitur ab artifice quodam, hoc aurum ex argento opera facillima, neque argentum inde in honestate sua quicquam deperdit. Vel prout ab aliis accepi, ex thaleris extrahi aurum, manentibus forma et characterizatione externis.

12. An autem isthaec extractio, modo iam pridem a Guilielmo Budaeo, de Asse Lib. III. notato, peragatur, sic enim ille: *Apud nos vir quidam obscurae fortis, chrysoplismum instituit, id est, lauandi auri officinam, rem omnino quaestuosa-
sam; sed paucissimis hominibus cognita-
tam. Huius est, id artificium, ut vi-
 aquae medicatae, quam Chrysulcam ap-
pellant, quantulamcunque auri partem
argento,*

argento, aut cuius metallo illitam, aut confusam, nullo propemodum dispendo, adimat; ita ut inauratis, nihil iam ferme depereat mundo, nisi quod usu interteritur. Res omnino stupenda, auri argenteique, quotamcunque portionem, ex aere eximere, etiam (quod magis mireris) manente vasculi forma quassa interdum et inani, veluti quadam idea, a materia abstracta.

Ignorare equidem me, non difiteor, licet plures manipulationes ab Artificiis fieri non penitus ignorem, at nisi per caementationem, possibilitatem aliam, non agnosco, cuius spicula soluentia, absque fluore, similitudinem partium auri a dissimilibus reducibilem indicare, et hac via a compedibus alterius metalli liberari posse, lubens assentior.

De qualitate mixtionis metallorum, et internae auri puritatis, documenta certitudinis, petuntur ex *Lapide Lydio*, ex aere, aqua et igne.

13. Primum experimentum obuium, fit per *Lapidem Lydium*, cuius aequabilis, non nimis dura, neque mollis superficies,

cies, affrictu, auri vestigium recipit; et color ope proportionis acuum; puritatem, vel mixturae quantitatem cum argento et aere, coniectura vix fallen-
te in exercitatis, definit; sophisticatio-
nem autem aqua fortis prodit.

14. Hoc experimentum pariter Ro-
manis in usu fuisse, ex Plinio constat:
Auri argentique mixtionem, sic ille Lib.
XXXIII. Cap, VIII. comitatur lapis,
quem coticulum appellant; quondam non
solitus inueniri, nisi in flumine Thmolo;
nunc vero passim, quem alii Heraclium,
alii Lydium, quia ex Lydia. Sunt au-
tem modici, quaternas uncias longitudi-
nis, binasque latitudinis non excedentes,
quod a sole fuit, in his melius, quam
quod e terra; his coticulis periti, cum
e vena aut limo rapuerint experimentum,
protinus dicunt, quantum auri sit in ea,
quantum argenti vel aeris, scrupulari
differentia, mirabili ratione non fallente.

15. *Grauitas*, seu *pondus* auri, vt
soliditatis, ita et internae puritatis
index est. Docent experimenta hydro-
statica, corpora solida non aequa gra-
uitare in aere et in fluidis, iisdemque
di-

diuersi generis. Metalla v. c. non tantum grauitant in aqua, quantum in aëre, h. e. leuiora sunt, certos suae grauitatis gradus amittendo, aurum quidem vnam decimam octauam; argentum, vnam decimam; aes, vnam nonam; plumbum vnam septimam partem.

Et corpora heterogenea; sed in libero aëre aequa ponderantia, intra aquam inaequaliter ponderabunt. Et illud, cuius moles minor est, praeponderabit maiori. V. C. Massa *auri* et *plumbi* in libero aëre separatim pendens 19. vncias, in aqua pendebit aurum 18. vncias, et plumbum 17. vncias et $\frac{1}{2}$, et sic amittet illud vnam, hoc vnam et $\frac{1}{2}$, vnc. Sint duo *nūmismata aurea*, in aëre ae- quipendentia, quorum vnum fit pu- rum, alterum adulteratum, ope hydro- metri, illico dignosci potest, vtrum pu- rum, vel adulteratum sit, hoc etiam minus, illud plus grauitabit in aqua.

16. Sed et hoc absque *Lapide Lydio* et *ignis* experimento definiri potest, quan- tum in yna massa huius, vel illius me- talli continetur? Capto quippe expe- rimento hydrostatico, calculus propor-

tionalis, qui in cupellationibus Pyrotechnicis aequa in usu, dabit petitum.

Multiplicata nimurum proportione amissionis metallorum intra aquam, producta a se inuicem detrahantur, obtineatque residuum in regula proportionum primum locum. Similiter multiplicata proportione amissionis metalli gravioris et massae compositae intra aquam, producta a se inuicem detrahantur, et hoc obtineat secundum locum. Tertium vero obtineat denominator proportionis metalli leuioris, et operatione facta, prodibit pondus metalli leuioris, massae permixti.

Sic v. c. massa ex auro et argento in aëre 16 vniarum, in aqua 15. suppositis experimentis hydrostaticis quantum vnum quodque metallum suae grauitatis in aqua amittet, ope calculi iuxta regulam hanc instituti, proueniet in dicta massa quaefitam mixturam Argenti esse 3. unc. $\frac{15}{23}$ Auri 12. vnc. $\frac{11}{23}$ eritque tota massa 16. vniarum. Sic massa auri argentea pendeat 95. libras: in aqua 89. ope praedicti calculi constabit inesse argenti 22. $\frac{17}{23}$ et auri

72. $\frac{2}{3}$ libras. Sit ducatus aere adulteratus, pendeat in libero aëre 76. gran. ut in aqua 63. $\frac{2}{3}$. gran. hoc est, amittat ponderis sui intra aquam 7 $\frac{1}{3}$. gran. Apparebit ducato permixta esse 57. grana aeris et 19. grana auri, detractis enim 57. ex 76. remanent pro auro 19. grana.

Si te Algebraici calculi, pigeat, ne inaniter detinearis, accipe exquisitissimum bilancem monetarium, cui appendas massam quae sitam; aequilibrium, tam extra, quam intra aquam, additione, vel subtractione ponderum docimastico-rum minutissimorum obserues; et ponderibus a se inuicem detractis, differentia indicabit, quod scire desideras.

17. Securissima, tamen propter inaequalem aquarum consistentiam, et approbatissima ac ultima mixturae, vel finitatis auri docimasia, fit per *Cupellationem*, in fornacula probatoria, dum duo vel tria grana auri explorandi plumbo sincero immerguntur, heterogeneis a plumbō absorbtis, at auro nec uitrescere, neque in cupella mergi valente. Vnde subducto iuxta minutissimum pon-

dus calculo, de totius massae mixtura, vel puritate, quantum scilicet huius et illius metalli tota massa contineat, iudicium fertur, vbi grana auri aequaliter e catillo prodierint. Et haec operandi ratio, tam *Monetariis*, quam *Metallariis* summe necessaria est, legibusque graduum ignis scientifice subiecta.

18. Notae characteristicae puritatis, *Caractae* sunt, quarum 24. Marcam constituunt. Finissimum, seu obrysum aurum, quod 24. Caracterum est. Sicut argentum, quod 16. Lothonum: licet ad supremum hunc puritatis gradum, vix reduci ambo possint; quantum ab illa nota, deuiat, tantum de *albo* et *rubro*, hoc est, argento et aere participauit aurum.

19. Romanos *Cupellationis* expertes haud fuisse, apparet ex numo argenteo **CARISII**, in quo crucibulum cum capitello, a dextris spatula pro carbonibus imponendis, fornacula, et sinistra forceps, cum inscriptione: **T. CARISI-VS.** Ab altera parte Caput Deae Junonis, vnde *Monetalis* dicta, intextis comis

comis et duobus cincinnis retro pendentibus cum inscriptione : MONETA.
1.) Inde Poeta :

*In formam calidae percussit pondera
massae
Fudit et argentum flammis aurumque;
Moneta
Fregit et immensis coxit fornacibus
aera.*

Permutationibus antiquitus necessaria acquirebantur , quibus , propter multiplicationem et ad distantissima loca extensionem generis humani , summo vtrinque commodo , vniuersalissimus aeris , argenti et auri usus , communigenitum consensu , substitutus est.

Auri usus in numis , aere argentoque tardius inualuit. Seruius Rex primus signauit aes , antea rudi usus Romae , Raemeus tradit. Signatum est nota *pecudum* , vnde et *pecunia* appellata.

I 5

Ar-

1) Male ab auctore numerus iste , alias satis obuius , describitur. Auersa enim pars continet : Incum cum pileo Vulcani laureato , a dextr. forceps , a sin. malleolus cernitur , omnia in corolla laurea. v. Mor. T. I. Tab. I. n. IV. i. Gente Carif.

Argentum signatum anno urbis conditae D. L. XXXV. 2) Q. Fabio Cos. quinque annis ante bellum Punicum. Nota fuere *Bigae* et *Quadrigae*, *Victoria* et *Ratis*, praesertim Consularium, vnde *Victoriati*, *Bigati*, *Quadrigati*, *Ratiti*.

20. Numus aureus annis LXII. argenteo serius cudi cepit. Et quia monetam constare oportebat ex materia, quae ad custodiam esset habilis, et in quam propter raritatem multarum rerum pretia velut concentrari possent: *Aurum autem Substantiam habeat compactam, nec usu facile deteritur.* Plinius *Libr. XXXIII. Cap. III.* Commerciorum utilitati, quia communis mensurae vicem obire valet, summe prospectum videtur auri in monetam cucione. Argento quoque sordecebant digitii, *decidua*, ut Plinius *L. XXXIV. Cap. III.* ait, *materia*, et in numis mundities auri placuit.

21. Longe ante conditam Romam, Reges, Vrbesque Graeciae ex tribus ma-

2) Potius CDLXXXV. Q. Ogulnio Gallo et C. Fabio Pictore, Coss. Plinius *Libr. XXXIII. Cap. III.*

metallorum generibus summa industria, mira proportione, eleganter extantis caelatura, conflarent numos. Atque aurum Graeciae purissimum est, quod ex numis *Philippi Macedonis, Alexandri Magni* et quibusdam *Lysimacheis*, qui apud nos subinde inueniuntur, abvnde patet, ii enim et similes 23. characterum et 10. granorum finitatem, teste *Patino* exaequant.

22. Aurum Imperii Romani superiores aetatis, eiusdem cum graecis conflaturae notaeque selectissimae est. Dilutores metallorum monetarumque valuatores, praefrerunt Zichinorum ducatorumque nostrorum auro; quin et *Bodini* tempore Parisiis in auro Vespasiani tantum 788. deteriorationis partem, quod additamentum est, deprehenderunt, notante *Jouberto*, in *Notit. Rei Num.* Ideo Romani quibusdam aureis expresse apponi fecerunt. *Aurum Purum*, prouti appareat ex illo *Caii Catonis*, in quo repraesentatur: Dea Roma cum petafo Mercurii, cum inscriptione: **C. CATO**; auerfa facies ostendit *Deam Monetam*, palla ad laeuam brachium suspensa, bilancem dextra tenentem;

(sic

(sic et in aliis hac figura tres aliquando Monetae repraesentantur) ad cuius pedes: AVR. PVR. 3) Sic etiam in argenteis, quorum aliquot ad manus: ARGENT. PVRVM. 4) ideo appositum.

Sed

3) Numus rarissimus, sed mihi suspectae fidei, cuius solus, quod ego scio, Stephanus Zamosius, in *Analect. Lapid. vetust.* meminit.

4) Quod vix crediderim. Occurrunt passim in numis consularibus notae: A. PV. EX A. PV. quas alii: *Auctoritate Publica*, alii: *Argento Puro*, alii denique: *Argento Publico*, legunt. Aliquid noui protulit Cl. Khell in *Suppl. ad Numism. Imp. Rom.* p. 8—ad numum *Liuintii Reguli*, cum siglis: III. VIR. A. P. F. quas legere mauult: *Ad pecuniam Feriundam*. Vbi ille „ Neque me absterrent „ numi gentis *Fabiae*, *Luciliae* et *Tituriae*, in „ quibus EX A. PV. vel A. PV. caelatum, has „ enim siglas ad caput, cui adstituuntur, non vero „ ad argentum, ex quo numus flatus est, referendas censeo, atque legi forsitan posse: Ex Ae- „ rario Publico, vel Aere Publico, nempe ad signum „ illud alicubi dedicandum conlato; aiebam, for- „ san, haesito enim, an non praestaret legere: „ Ex Argento vel Aere Punico, de Poenis nempe „ capto, idque propterea, quia in nullo numo „ ostendi potest, usum fuisse compendii PV. pro „ vocabulo: *Publicus*, P. PVB. PVBL. nusquam „ leges aliter. „ Qua vero in numo Gentis sen- „ tiae, aperte: ARG. PVB. legitur, omnes illas notas: A. PV. vel EX A. PV. *Argento Publico* legere mallem.

Sed et loca metallo auri nobilia, saepe in numis designa videoas, prouti in illo Traiani aureo, ex METALLO PANNONICO, cum simulacro Mone-tae; NORICO et DALMATICO. Hadriani. Vide *Specim. R. Num.* Morelli. Sic Carclus I. Haffiae Landgrauius ex auro ope Mercurii e fluvio Ederae aurifero loto, cudi fecit numos cum inscriptione: MONETA PRIMA AV-REA AEDERAE AVRIFLVVAE.

1677.

23. Et quantae Romanis curae fuerit, puritati monetae attendisse, apparet inde, quod *Mario Gratidiano*, Tribuno Plebis, qui primus legem fixerat, de probandis denariis, cum primi artifices multis modis illusissent plebi: *Ars facta denarios probandi tam iucunda lege plebi, ut vicatim totas statuas, eidem dicarent.* Plin. L. XXX. Cap. XI.

24. Constituti ideo VIRI MONETALES Auro Argento Aere Flando Feriundo, dicti, non ex infima gente, neque pauperes, neque vnicus tantum; sed equestris Ordinis, honesti, probi, fide

fide publica ornati, numero *tres*, aliquando quatuor, sed tantum *Auro flando feriundo*, cum facultate suis nominibus pro maiori securitate, numos sub sua cura cufos, signandi.

Est et PRO-TRIVMVIRI MENTALIS in numo III. *Spanhemii* mentio, qui absentibus III. Viris suffectus est. 5) Saequiori aequo appellati *Procuratores Monetae*, post *Monetae Praepositi* Ammiano et Caffiodoro; et a *Comite sacrarum largitionum*, dependebant.

25. Monetalium *Triumuiratum* in Dacia fuisse memorant inscriptiones marniorum, prouti est illa ad facellum pagi *Korne*, prope ad *Várhely* seu *Vlpiam*.

C.

5) Commentum de *Pro-Triumuiris Monetalibus*, ex numo C. Marii Trogi, male lecto, ortum est. Habent numi: C. MARIVS TRO. gus III. VIR. Sed loco TRO. in *Medioburbi Numism. Impp. Rom. passim*. PRO, quasi Pro-Triumuir; passim vero: PROQ. vel PRQ. quasi: Proquaestor, Triumuir, offendimus. Restituit veram lectionem *Spanhemius* T. II. p. 68. vel etiam *Morellii Thesaurus Num.* Ipsomet vidi denarium huius Maritarrisimum, in cuius Auerfa; Pegasus in basi, cum inscriptione: C. TRO.

C. CVRTIO C. F.
 POLLIA. RVFIN.
 TSIBVNO LATICL.
 LEG. XIII. GEM. III. VIR.
 A. A. A. 6)
 COL. VLPIA TRAIANA.
 DACIC. SARMIZ.

Caius Curtius Caii Filius Pollia Rufinus, Tribunus Laticlauialis Legionis XIII. Geminæ, unus e III. Viris duro, Argento, Aere (Flando. Feriundo) Coloniae Vlpiae Traianæ Sarmitz. Coloniis primariis indultu Augustorum monetam cudere mos erat; ita in praecipua hac Daciae Colonia, in qua Praefectus Daciae nomine Imperatoris tanquam metropoli, residebat, Triumuiros ius monetandi obtinuisse a vero non abludit, tanto quidem magis, quo Tribunum Legionis Praesidiariae tertiae decimae geminæ, in Dacia hac locatae, ibidem habitasse alterumque post Praetorem, seu Praefectum, locum tenuisse, verosimillimum est.

Sub

6) Addendum : F. F. vide sis, *descript. nostras Rom. N. 79.*

Sub *Tribunitia potestate* datam III. Viris Monetalibus authoritatem, numos A. A. A. cudendi et num probae notae essent ac requisiti valoris ? examinandi, obseruat, *Du Choul, de Relig. veter. Romanor.* In numo Augusti, ab vna parte intra coronam ciuicam legitur: AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST. In auersa S. C. in circumferentia : C. PLOTIVS RVFVS III. VIR. A. A. A F. F. In alio visitur effigies capillis lauro intextis, tenet sinistra Victoriae simulacrum, dextra scipionem cum bilance pendula, cum inscript. CAESAR AVGustus PONTifex MAXimus TRIBunitia POTestate. In auersa : M. SALVIVS OTHO III. VIR A. A. A. F. F. in medio S. C. vel Senatus Consulto. 7)

Verba legum decem viralium, monetas ponderandi, examinandi et signandi ad Tribunos pertinuisse ostendunt: V. C. *Tribuni junto, domi pecuniam publicam custodiunto. Aes, Argentum, Aurumue signanto.*

Vti

7) Numus quoad faciem aduersam rarissimus, si bene descriptus fuerit, quod valde dubito.

Vti *Tribunos*, equestris ordinis ac Consulibus authoritate pares fuisse constat: ita et *III. Viros Monetales*, cuius dignitatis et in honore gradus fuerint, apparet ex elegantissimis inscriptionibus Gruteri, editionis Graeuianae, Tom I. pag. 452. *Plautius* non tantum *Augur*, *Praetor Aerarii*, *Censor* inter Patricios, *Curator Viarum Sternendarum*, *Proconsul Siciliae*, sed et *III. Vir A. A. A. F. F. Legatus Legionis V. in Germania*, *Caesaris Claudi Consul*, *Proconsul Asiae*, *Legatus*, *Propraetor Mœsiae*, insignibus titulis aucti memorantur.

Alibi, *III. Vir Monetalis A. A. A. F. F.* qui et *Proconsul Prouinciae Pannoniae*, *Legionis III. Aug. Legatus*, *bis donatus corona vallari, murali aurea in expeditione Dacica*. Idem et *Propraetor Prouinciae Africæ*. Sic *Caerellius III. Vir Monetalis A. A. A. F. F.* *Tribunus Laticlauius Leg. III.* Idem hic *Caerellius*, *Legatus Augusti Leg. XIII. Geminae*, in marmore nuper effosso e ruderibus Albensibus, memoratur. 8) Sub

8) Hanc aliamue C. Caerelli, Legati Augustalis Legionis XIII. Geminae inscriptionem, v. l. anno LX. et LXI.

Sub his, officinatores *Monetae Aurariae*, *Argentariae Caesaris*, vt et *Exactores Auri*, *Argenti*, et *Aeris*. Vide inscriptioes, Tom. I. pag. 74. 9)

Inter hos *Primicerii monetariorum Porphori* fit etiam in Gruterianis mentio.

In numis, qui quotidie adhuc effodiuntur, frequens est III. Viri A.A.A. F. F. memoria et plures obuii¹, nec aliis, quam qui vix primis labris antiquitates Romano-numismaticas delibarunt, ignoti.

26. Deae *Aequitatis* et *Monetae* vnum idemque simulacrum est, depinguntur a dextris cum *Cornucopiae*, a sinistris cum bilance: vt ex aequo religio utriusque et reuerentia traderetur. Significari iis volentes puritatem, integratem, aequum, valorem, nec non ius cudenti et iustum pondus. Sic apparent in *Philippi* et *Gordiani* numis. In *Dioctiani* argenteo stat Dea *Aequitas* cum

9) In monumentis Dacicis occurruunt: *P. Aelius FF. Auri lustralis Coactor et Tiberius Serranus, Exactor Auri, Argenti et Aeris Augustalis.* ibid. n. CXXIV. et CXXVII.

cum Cornucopiae et bilance cum inscriptione: *Sacra Moneta Augg. et Caes. Nostr.* In aereo Constantis: *Moneta Aug. S. C.* In Claudii et Neronis apparent bilances vel soli, vel duobus digitis tenti. Sunt et *Junonis* et *Apollinis* *Monetalis* expressa in numis et hoc nomine adorata simulacula. In *Pescennii* argenteo, Figura muliebris stolata stans dextra bilancem, sinistra Cornucopiae: *Moneta Aug.* In *Maximini* argenteo eadem figura cum descript: *Aequitas Augusti.* In *Saloninae* uxoris Gallieni aere, apparent tres figurae muliebri habitu, vna quaeque cum bilance in finistris et adiacent totidem includes pro cufione Monetae, a dextris Cornucopiae cum inscriptione *Aequitas Publica.* In *Gallieni* cum inscriptione: *Monet. Aug.* Tres similes Monetae apparent cum attributis. In *Alexandri Seueri* sub figura mulieris stolatae, vti et *Pescennii*, cum inscript. *Moneta* restituta; et in alio Imperator paludatus stans, dextra extensa, sinistra hastam tenens, titulum sibi vindicat: *Restitutoris Monetae.*

27. Ius et Maiestatis fastigium haud obscure innuere voluerunt Imperatores Romani , qui *Nomo Aureo* , non nisi Deorum Dearumque cum primis *Iunonis* , *Vestae* (vti in insigni nuper inuenito , cui subtus PIETAS pondere 10. aureorum nostratum) 10) *Romae* et *Imperatorum* effigie signari permiserunt. Inde *Rufini* exagitat Claudianus superbiam , qui ad obtinendum supremum Caesareae Maiestatis apicem , nil sibi reliquum putabat , quam numis aureis suam imprimere effigiem :

- - - - - *quod post vota daretur
Inscribi propriis aurum fatale figuris.*

Sic ex Procopio Goth. Lib. 2. hanc vnicam Augusti fastigii praerogatiuam , datam post Caesares , solis Francorum Regibus , pluribus explicat illustre rei antiquariae decus , Ezechiel Spanhe- mius.

28.

10) Aureus iste *Liuiæ Auguſtæ* , elegantissimus atque eximiae raritatis , haec tenus Schaesburgi latuit ; nunc vero in Cimelio Excellentissimi Domini Gubernatoris Regii Magni Transiluaniae Principatus , Samuel. L. B. de Bruckenthal , adseruatur. Exhibit *Aduersa* : Caput Liuiæ velatum , subtus PIETAS. *Auersa* : Vestam , seu Liuiam sedentem , d. extensa Palladium , siñ. hastam puram tenentem. In area S. C. Infra: VESTA.

28. *Aureus Romanus*, quinque et vingt denariorum pretio, uniformis semper fuit et proin², quia non nisi una eius species fuit, non nisi *Aureus*, vocatus est: cum contra *Argentei* trium essent generum: *Denarii*, *Victoriati* ¹⁾ et *Sestertii*. Alius autem fuit *Aureus Denarius*, qui non Romanae, sed peregrinae monetae fuit species, veluti *Aetici*, seu *dimiati stateres Graecorum*. Fuit autem *aureus Romanus* stater *Aetico*, qui sicut et *Craesius* ac *Philippaeus* et *Daricus* didrachmus erat, maior et grauior; nostro duplo et quasi dimidiato maior. *J. F. Gronov. de Pecunia vetere.*

29. In moneta nostra aurea, *materia*, *pondus*, *forma* et *valor* in considerationem veniunt. *Materia* est puritas intrinseca, das Rorn; quae communi statuum Romani Imperii consensu, Maiestatis Imperatoriae sanctione, ita definita est: vt aurum ducatorum infra puritatem 23. caractarum et octo granorum cedere nemini integrum sit, vel, vt tria tantummodo grana argenti et unum aeris contineant, h. e. tantillo ab finitate deficiat. *Pondus* et *Forma*,

K 3

ex-

¹⁾ Seu *Quinarii*. Dantur et aurei huius moduli, sed minus obuii.

extrinsecam bonitatem indicant, den
S̄chrot; cuius haec norma est, vt ex
vna Marca *Viennensi* ducati aurei 80.
 $\frac{5}{7}$. cudantur, ac singuli ponderent 3. et
 $\frac{27}{28}$. denarios ponderis minoris monetalis.
Monetaria *Cremnicensis* in Hungaria ex
vna Marca, quae est antiqua Budensis
dat, 70. et $\frac{5}{7}$. *Coloniensis* vero 67. du-
catos. Figura externa, characteristica
est. His accedit *valor impositius*, seu
aestimatio, quae a voluntate imperan-
tis solummodo pendet, et consensu vi-
cinorum populorum ratificatur.

31. Vti enim auro, supra caetera
metalla in se ipso, valor et pretium
non est; et omne quod est, solius o-
pinionis est: ita numorum aureorum
valor impositius, cum conuentione
hominum ex voluntate imperantis, pro-
portionatus esse debet.

Agnouit hoc et eleganter expreſſit
acutissimus poematum scriptor Lucre-
tius, *Libr. 5.*

Tum penetrabat eos, posse haec (Metalla) li-
quefacta calore
Quamlibet in formam et faciem decurrere rerum,
Et prorsum, quamuis in acuta ac tenuia posse
Mu-

*Mucronum duci, fastigia procudendo,
Ut fibi tela parent, filias excidere possint,
Materiam lacuare, dolare et radere ligna,
Et terebrare etiam, ac pertundere perque forare.
Nec minus argento facere haec, auroque parabant.
Quam validi primum violentis viribus aeris;
Nequicquam, quoniam cedebat victa potestas;
Nec poterat pariter durum sufferre laborem.
Nam fuit in pretio magis aes, aurumque iacebat
Propter iniutilitatem, bebeti mucrone retusum;
Nunc iacet aes, aurum in summum successit ho-
norem.*

*Sic voluenda aetas commutat tempora rerum,
Quod fuit in pretio, fit nullo denique honore.*

Propterea et Congenses inter metal-
la praestantissimum iudicasse ferrum;
aurum et argentum vilius duxisse,
quod haec exiguo fint usui, ex illo
autem utilissima ad vitae culturam in-
strumenta parari, ex Diariis constat.
Sic gracilis suis *Comment. Reg. Libr. I.*
XI. memorat: Peruianos in magna fe-
licitatis parte habuisse, quod Europaei
ferrea instrumenta ipsis attulissent, ac
vnum ex primoribus eius gentis non
poterat forfices, per Hispanos importa-
tas satis admirari, dicens: si Hispani
nil aliud fecissent, quam ut nouaculas,
forfices, pectines et specula ipsis at-
tulerint, hoc sufficere posse ad se obli-

gandos, vt iſtis viciffim omne aurum et argentum vltro traderent. Nam ante capillos ſibi cultris e filice factis, fecabant, non fine ingenti dolore. Idem aurum, argentum et g̃emmas regibus offerebant, tanquam dona, non tanquam tributum. Et si vſum pecuniae removeas, facilius genus humānum auro et argento, quam ferro caruerit.

32. Nihilominus a moratioribus gentibus, ex commerciorum vtilitate et commodo vſu receptum, vt argento aurum decupla proportione praeolleat. Sic in foedere Romanorum cum Aetolis conuentum erat, vt pro decem minis argenti vnam auri darent. *Polyb. Excerpt. Leg. 285. 5.* Eandemque fere et hodie apud nos proportionem obferuari experimur. Decem marcarum argenti, iuxta instructionis Caesareo Leopoldinae normam, propemodum aequat vnius marcae auri campfionis pretium.

Ad ius igitur Maiestatis pertinet, quicquid in numis cum aureis, tum argenteis est, et per hoc non obfcure innuitur supra naturam constitutos esse

Prin-

Principes, qui rebus valorem et pretia statuere possunt, et eadem, temporum et publicarum necessitatum intuitu variare, h. e. modo augere, modo minuere.

Tam ex supra memoratis commen-tationibus, quam aliis breuitatis studio hic non recensendis documentis, haud obscure constat: Aurum omne, non tantum quod mercenario labore eru-tum est; sed praeter hoc, census auri tam Lustralis, quam Coronarii incolis impositos, summa cura Romanos exegisse et Romam transtulisse, frequen-tem ideo *Coaditorum Auri Lustralis, Exaditorum, Quaeftorum et Proquaeftorum*, tam in numis, quam inscriptio-nibus Dacicis, fieri mentionem.

33. Aurum argentumque, quod in Dacia effoffum est, deuehebatur (per viam et securitatem Coloniarum, vt Capit. I. pag. 19.) in Macedoniam (*ego vero potius in Illyriam dixerim*) et tra-debatur Praefecto, qui Romanorum iussu impositus Theffalonicae curabat, (*non tantum*) fructusque fodinarum et cen-sus publicos in publicam vtilitatem e-

rogabat ac dispensabat. Sic *Sam. Conr.*
Schurzfleisch.

34. Nullos tamen aureos cufos is negabit, qui contra quotidianam inscriptionum fidem, officiales Auro, Argento, Aere flando, feriundo, hic fuisse inficiabitur. At paucissimos respectu argenteorum et aereorum, paucissimorum pariter a prioribus saeculis usque ad tempora, et nuper admodum in ruinis et ruderibus antiquis Apulensibus, effosso; contra argenteorum cum primis et aereorum notabili quantitate promiscua inuentio, sufficiens perhibet testimonium.

35. Tam frequens, tamquam foecunda a tot inde saeculis ad haec usque tempora numismatum tum Graecorum, *Heracleorum*, 2) in primis *Philippinorum*, *Alexandrinorum*, *Dyrrachiorum* &c. cum Romanorum, usque ad Decium, Volfianum et Tyrannos Imperatores, non quaæ-

2) *Thasiorum* auctor dicere voluit, cum inscriptione: ΗΕΡΑΚΛΕΟΥΣ ΣΩΤΗΡΟΣ infra: ΦΑΣΙΩΝ. Numi in Transiluvia admodum vulgares et obuii; quorum non contemnenda copia etiam anno 1777, in territorio pagi Rastenholz, Sedis Cibiniensis, forte fortuna inuenta est.

quaesita inuentio, in ruderibus antiquarum ciuitatum et municipiorum non solum, verum in omnibus fere Daciae huius pratis, iugeribus et montibus, ut olim quasi semenata, in dies propulbare et ex improviso germinare crederes. Quot centena abiere in fibulas, nodos vestiarios, pocula, Scyphos, pollubra? quot in exteris euecta Provincias? quot quisque adhuc in loculis tenet? quot centena proximis annis in locis, vbi ne prouidentissimus quisque quaeſiuifset, collectiua quantitate effossa sunt? Vt ego, qui a paucis annis in rem numismaticam antiquam oculos intendi, ultra quinque millia argenteorum et aereorum viderim, manibusque tractarim, vbi aureorum non centum. Atque eorum, quae videre licuit, vel ad meam peruenere notitiam tum prioribus temporibus, cum proxime in saepe memoratis ruinis Apulensibus inuentorum aureorum Romanorum, varii moduli, hic exhibere specimen, nec scopo alienum, neque ingratum, vti spero fuisset, nisi opportunitiori loco, ad recensionem Analectorum Antiquitatum Dacicarum, in specie Apulensium, reiiciendum potius censuifsem.

36. *Dacica Numismata*, quorum Iuuenalis *Satyr.* VI. v. 204. meminit, 3) ante dominationem Romanorum cusa, vix aliquem vidisse, asseverare, aut negare ausim. Reges Dacorum licet auri cupidissimos, in formam nequidem barbare cudiſſe aurum; sed cultiorum populorum, Coloniarumque Graecarum ipsis conterminarum, non fecus ac Tartaros hodie, Christianorum Europaeorum vſos fuisse numis.

Memini me vidisse ferreum, forma medii talleri, 4) sed Gothicum ex characteribus conieci: Dacos enim nequidem proprios habuisse characteres, licet Scythicos ab aliquibus obtrudi probe sciam, credo.

Post deceſſum Romanorum, [Hunnoſ raptis vſos numis vicinarum potentiarum ac populorum, non aliter ac Vlaſhos hodie antiquiflimis Francicis et Bur-

3) - - - - - cum lance beata

Dacicus et scripto radiat *Germanicus* auro.

Male adplicat auctor versus hos ad Dacica numismata, cum de Domitiani Augusti, Dacici, Germanici, aureis fermo fit.

4) Plures vidi, omnes concavos.

Burgundicis vti, tam aureis, quam argenteis, vix cuiquam dubium est.

37. Nec quidem Vaiuodis (sic Praefecti Provinciae sub Regibus Hungarum appellati) nisi sub Regum effigie, monetam auream cudere licuit.

Nec tum quidem, cum Dacia haec a Corona Hungariae auulsa, separatum constituere cepit dominium, sub Ex Rege Joanne Patre et Filio, sub aliis, quam Regni Hungariae et gentilitiis insignibus, cusa est moneta aurea.

38. Exstat aureus parvulus, sed crassus, pendens 4. $\frac{1}{2}$. ducatos, cum inscriptione: JOANNES R. HVNGARIAE 1529. Cum insignibus Hungariae et annexorum Regnum, et in medio scutulum cum insigni gentilitio; auersa parte imago B. Virginis Jesu cum inscriptione: PATRONA HVNGARIAE, et lateralibus litteris: N. B. Nagy Banya, locus cusionis monetae. *

i. jo-

* Quia alii Joannis de Zpolya numi, VNGARIAE habent, non dubito, quin etiam iste habeat. Numi eius rari, rarissimus vero aureus 2. duorum pondere:

- 1.) JOANNES I. REX VNGARIAE. Protome Regis modica barba, et corona aperta.

Av. DEXTRA DEI FACIT VIRTUTEM. Lopus gentilis, medio corpore e tricollis exfurgens, vnum quibus crucem duplicem tenet, a tergo parvula cum quatuor taeniis hungaricis. v. J. D. Köhler, Historische Münzbelustigungen T. VI. E reliquis eiusdem numis aureis sequentes mihi innotuerunt.

- 2.) S. LADISLAVS REX 1531. S. Ladislaus loratus, et palliatus stans, d. bipennem, S. globum crucigerum, hinc inde castellum et Siglae L. Simplex. Claudiopoli, ut videtur, cufus. B.

Av. JOANNES D. G. R. VNGARIAE. Deipara coronata, D. Jesulum, sub pedibus Luna crescentis. Infra parvula cum Lupo gentilitio. Cl. Dan. Cornides.

Alius similis eiusdem anni, nisi quod S. Ladislaus inter Siglae N. et N. Sub pedibus vero h. g. (h. g.) *Eiusdem.*

- 3.) S. LADISLAVS REX 1532. S. Ladislaus coronatus, et loricatus stans, d. bipennem, S. globum, inter castellum Claudiopolitanorum, et Siglae L. Simplex.

Av. JOANNES D. G. R. VNG. B. Virgo coronata sedens cum Jesu ad dextram, ad pedes Luna crescentis. Hinc inde Siglae D. G. infra scutum cum lupo gentilitio. Ill. L. B. de Bruckenthal.

- 4.) S. LADISLAVS REX 1533. S. Ladislaus, ut in antecedente stans inter castellum, et monogramma DF. (F. G.) Simplex.

Av. JOANNES D. G. R. VNGARIE. Typus B. Virginis, ut supra, infra scutulum cum Lupo. Eiusdem.

- 5.) S. LADISLAVS REX 1534. Sanctus Ladislaus loricatus et corona ornatus stans inter h. et DF. d. bipennem, S. globum crucigerum tenet.

Av. JOANNES D. G. R. VNGARIE. B. Virgo Maria coronata sedens, cum pueru Jesu in dextra, ad

- ad pēdes luna crescens. Subtus parmula cum lupo gentilitio, Schneigel Tab. 1. n. 1. *Simplex.*
- 6.) S. LADISLAVS REX* 1539. S. Ladislaus loriciatus, d. bipennem, S. globum crucigerum, stans inter castellum, et parmulam cum vnicornu dimidiato, quod Thesaurarii Georgii Martinii insignie. *Simplex.*
- Av. JOANNES D.* G.* R.* HVNGARIE. B. Maria coronata fedens, d. Jefulum, sub pedibus luna falcatia. Infra parmula cum Lupo Zapolyiano. Cl. Dan. Cornides.*
- 7.) S. LADISLAVS REX* 1539. S. Ladislaus vt in antecedente: sub castello littera r. sub parmula g. (Frater Georgius) *Simplex.*
- Av. JOANNES* DEI* G.* REX* HVNGARIE. Scutum coronatum, et quadripartitum: in area I. et IV. fluuii Hungarici: in II. et III. vero crux patriarchalis. Scutulum medium iterum in quatuor areas distinctum, in omnibus exhibet lupum gentilitium. † Eiusdem.*
- 8.) S. LADISLAVS REX 1540. Sanctus Ladislaus vt supra, stans, ad latus *dextr.* castellum et littera: f. ad *fin.* parmula cum vnicornu dimidiato, infra: g. (Frater Georgius, cuius intigne gentilitium vnicornu, castellum vero insigne vrbis Claudiopolitanae.)
- Av. JOANNES D. G. R. HVNGARIE. B. Maria Virgo, vt supra. Infra lupus gentilitius in parmula Ill. Comit. Festetiz simpl.*
- 9.) S. LADISLAVS REX 1540. Sanctus Rex, vt supra. Ad latus *dextr.* littera: h. Hermannstadt, infra *fin.* Enses Cibiniensium decussatim positi, subtus: g. (Georgius.)
- Av. JOANNES D. G. R. HVNGARIAE. Imago Deiparae sedentis vt suprā; infra scutulum cum lupo. Eiusdem simpl.*
- 10.) S. LADISLAVS REX 1540. Imago Regis loriciati, vt

† Sic *Cl. Cornides.* Sed pace tanti Viri, potius crediderim, vnum horum animalium Vnicornu esse.

vt supra , inter castellum et parmulam in qua vnicornu , nec non litteras : F. G.

Av. JOANNES D. G. R. HVNGARIAE. Scutum quadri-partitum , in area I. et IV. teniae Hungaricae , in II. et III. crux duplex . Parmula media similiter quadripartita continet area I. et IV. lumen gentilitium Zapolyiorum , II. denique et IV. vnicornu ; quod etiam ad gentis huius insignia spectat . Vnicornu vero aduersae partis Georgii Martinusii insigne mihi esse videtur . *Simplex.*

39. Filius eius *Joannes Sigismundus*, prout inter vicissitudines , spem potendi corona et regno Hungariae , non prius deposuit , quam mors finem vitae ponebat : ita in numis , qua argenteis , qua aureis , in quorum medio ab una parte sigilli instar impressum erat gentilitium insigne cum litteris : *Joh. 2. El. Rex Hung. 5)* altera vero parte calua et leuigata , id testatum voluit ; horum tamen paucissimi hodie supersunt , ideoque valde rari . 6)

Sim-

-
- 5) In numis istis vncialibus , de anno 1562. ita : I. E. R. v. Joannes Electus Rex Vngariae , vel : I. s. e cundus R. v. anni vero 1565. semper : IO SE.REX VN.
- 6) Rari equidem de anno 1562. minus vero de a. 1565. qui potius exceptis aureis , obuii dicendi . Aurisfabris enim licentia indulta fuerat monetas eudendi , hinc tot et diuersi in vncialibus istis typi .

Simplex aureus *Ioannem Sigismundum*, inuenili facie, corona capiti imposita, laciniis vtrinque pendentibus sedentem, cum inscriptione: JOAN. SIGISM. REX HVNG. 1557. infra duos enses decussatim inuersos, ciuitatis Cibiniensis, vbi cufus est, insigne, representat. *Auersa*: scutum corona tectum, in quatuor areas, quarum duas a dextra, tertia a sinistra, quarta in quatuor areolas diuisa, Prouinciarum et Familiae insignia ostendit, circulariter autem: ISABELLA D. G. REG. VN-GAR. S. P. V. 7) minorenitatem sub tutoratu matris indicat.

- 1.) ISABELLA D. G. R. HVNG. DALMAT. CROAT. &c.
Scutum quadripartitum corona aperta tectum.
Area I. similiter quadripartitam exhibit aream.
1. Lupum dimidiatum in tricoli. 2. Crucem Hungaricam quoque in tricoli. 3. Trabes Hungaricas et 4. unicornu. Area II. Aquilam Polonicam. III. Serpentem coronatum Mediolanensem infantem deglutientem, IV. denique insignia Dalmatiae.

Av. Continet inscriptionem:

1.5.5.7.

- 7) Potius: S. F. V. (Sic Fata Volunt) numus, si genuinus, certe rarissimus, ob effigiem Principis Sacra Hungariae corona ornatam; nec sequentes eius matrisque *Isabellae*, aurei obuii:

L

I. 5. 5. 7.
S I D E V S
N O B I S C V M
Q V I S C O N T R A
N O S. S. F. V. aureus decuplus.

- a.) ISABE + D + G + REGIN + VNGA + 1557 + Scutum quadripartitum coronatum, vt in anteced.
Av. JOHAN + SIGISM + R + VNG + S + F + V + Effigies B. Mariae capite coronato in luna cornuta fendentis, cum Jesu filio in dextra. Subtus duo malleoli decussatim positi *Simplex.*
- 3.) YSABE. D. G. REG. VNGA. S. F. V. Scutum quadripartitum, vt in primo.
Av. IOHAN SIGISM. R. VNG. 1557. B. Maria coronata sedens, Jesulum ad dextram, sub pedibus luna bicornis, infra enses Cibinienes coronati. *Simplex Ill. L. B. de Bruckenthal.*
- 4.) VSABE. D. G. REG. VNGA. 1558. Scutum coronatum in quatuor areas distinctum, vt supra, nisi quod vnicornu loco, leo coronatus sit.
Av. IOHAN. SIGISM. R. VNG. S. F. V. Typus b. Virginis sedentis, vt supra. Infra in margine castellum. *Simplex. C. Feletics.*
- 5.) JOHAN. SECVN. D. G. R. VNGA. 1558. Scutum quadripartitum: in areis superioribus quatuor fluii, et crux duplicata: in inferioribus tria capita Leopardorum, ac vnicornu erectum. Scutulum medium exhibet lupum Zapolyianum. *Ill. L. B. de Bruckenthal.*
Av. PATRONA VNGLARIE. Typus B. Virginis sedentis cum Jesulo ad dextram inter n. et b. *Quadrans.*
- 6.) VSABE. D. G. REG. VNGA. 1559. Scutum antecedenti simile.
Av. IOHAN. SIGISM. R. VNG. S. F. V. Idem b. Mariae typus, subtus duo mallei decussatim positi. *Simplex.*

- 7.) IOH. SECV. D. G. ELE. VN. REX 1560. Scutum quadripartitum coronatum, vt 1557. Num. I.
Ill. L. B. de Bruckenthal.
- Av. PATRONA* VNG* S* F* V** Typus b. Mariae sedentis more conuento: infra castellum Claudiopolitanorum. *Simplex.*
- 8.) YSABE. D. G. REG. VNGA. 1560. Scutum priori simile. *Eiusdem.*
- Av. IOHAN. SIGISM. R. VNG S. F. V.* Typus Deiparae vt supra: infra enses Cibinensium. *Simpl.*
- 9.) IOH. SEC. D. G. ELE. REX V. 1561. Scutum vt supra.
- Av. IOHAN. SIGISM. R. VNG. S. F. V.* Idem b. Virginis sedentis typus. *Simplex* diuersis typariis conflatus.
- 10.) IOHAN. SEC. D. G. ELE. REX VN. 1561. Idem scutum corona tectum.
- Av. PATRONA VNGARIAE.* B. Virgo coronata sedens cum puerulo in dextra, ad pedes luna cornuta. Infra enses Cibinensium. *Simplex.*
- 11.) IOHANNES SIGISM. R. VNG. S. F. V. Typus b. Mariae vt supra.
- Av. IOHAN. SECV. D. G. ELE. REX VN. 1562.* Insignia quadripartita, vt supra. *Cl. Schwarz Rec.*
Crit. Schmeizel. p. 15.
- 12.) IOH. SECV. D. G. ELE. REX VN. Scutum coronatum quadripartitum, cuius I. area, iterum in quatuor partes diuisa, quarum 1. Lupum gentilium; 2. crucem Hungaricam; 3. Tenias Hungaricas continet, 4ta vero glabra est. (quod vix crediderim) In II. area, aquila Polonica; in III. serpens Mediolensis et IV. Insignia Dalmatiae.
- Av. PATRONA VNGARIE.* Imago b. Virginis sedentis, vt supra. Infra duo enses Cibinensium. *Schmeizel* p. 19. *Simplex.*
- 13.) IOH. SE. REX VN. In scuto medio numo impresso, cum lupo gentilitio tricolli insidente; supra hinc inde, stella et luna cornuta.

1. 5—6. 5. Auersa pars vt in argenteis , calua et vacua. *Decuplus Com. Fejletics.*
- 14.) Io. SEC. D. G. ELE. REX VN. I 66. Scutum quadri-partitum . vt in prioribus
Av. PATRONA VNGARIE. B. Maria more solito sedens cum Jesu puerulo in dextra, subtus duo enses Cibiniensium coronati. *Similes de anno 1568.* et 157. omnes *simplices.*
- 15.) Io. SECV* D* G* ELE* REX* VN* I* 5* 7* I* Scutum coronatum , ac quadripartitum. Area I. iterum quadripartita exhibit in areola 1. In-pum gentilitium , 2. crucem duplicitam , 3. fluuios Hungaricos, et 4. Leonem II. Area Aquila-m. III. vacua est, in IV. vero Dalmatiae ar-ma cernuntur. *Cl. Dan. Cornides.*
- Av. PATRONA* VNGARIE** B. Maria cum puerulo ad dextram , coronata sedens: genu d infistit parmula oualis cum duabus cruciculis: † coro-na tectis. (†) Ad pedes luna bicornis , infra duo

(†) Insigne hocce mihi incognitum est : Simili Gedan-enses vtuntur. Aquilam in parte aduersa non Silesiacam , sed Polonicam esse , vel ex armorum descriptione Principis Ioannis I. libro : Refutatio scripti Petri Melii — Albae Juliae 1567. praefixa liquet. Vbi inter alia :

Cernis, vti suaui labuntur quatuor amnes
 Murmure, Pannonici nobile stemma foli.
 Primusque Ister adestr, rapidusque Tybiscus, at illos,
 Drauus cum Sauo fratre sequuntur aquis.
 Flumina bruta suum laetantur adesse Patronum
 Paissa satis tergo fleibile Martis opus.
 Clara Polonorum quicquid complectitur ales ,
 Huius ad augustam ferre laborat opem.
 Fallor an Italici florebunt rura Ducatus,
 Dum Mediolanas victor habebit opes.
 Conscia signa fidem faciunt, crux , ales , et angnis
 Monocerosque ferox, Dalmaticusque Leo.
 Definite, o Proceres, studia in contraria scindi,
 Ne vindicta laceret viscera vestra Lopus.

duo acinaces decussatim positi. *Simplex.*
Rarior.

Ex aureis *Ferdinandeis* Cibiniū annis 1551 — 56.
cufis, sequentes sunt.

1.) **FERDINAND. D. G. R. VNGARIE.** Typus B. Virginis
sedentis cum Jesu ad dextram: sub pedibus
luna falcata. Infra scutum Austriacum. *Ill. L.*
B. de Bruckenthal.

S. LADISLAVS REX 1553. S. Ladislauus more con-
sueto stans inter litteram h. (Hermannstadt) et
enses Cibiniensium coronatos. *implex.*

Alter Similis, exceptis duabus stellis, quae inter
S. Ladislai pedes occurunt. *Eiusdem.*

2.) **S. LADISLAVS REX 1555.** S. Ladislauus loricatus et
coronatus stans, d. bipennem, f. globum cru-
cigerum. Hinc lit. h. Hermannstadt, illinc: duo
enses decussatim inuersi, apertaque corona tecti.

FERDINAND. D G. R. VNGARIE. Deipara sedens vt
in antecedentibus, infra parmula cum fascia
Austriae. *Simplex. Com. Festetics.*

Primi inter Dacicos numerandi *Stephani Bathorei de Somlyo*. Conuentum
quippe erat Augustissimum Imperatorem
felicis recordationis, *Maximilianum* in-
ter et *Joannem Sigismundum* paulo an-
te huius obitum, pactorum conuento-
rum tabulis ne quidem permutatis: vt
hic deposito *Regis* titulo, *Principis*, Vai-
uodae vero Transiluaniae Siculorumque
Comitis, qui post eum succederent,
tanquam fiduciarii Augustae Domus Au-
striacae, Praefecti Prouinciae vteren-
tur.

40. Ideo primus Joannis Sigismundi Successor, *Stephanus Bathoreus* cudit aureos sub sua effigie mento raso, aliquando barba truncata, cum inscriptione: STEPHANVS BATHORI de SOMLYO, VAIODA TRANSILVANIAE et SICVLORVM COMES; ab altera parte cum Insigni Gentilitio, trium dentium draconis supra se positorum in circulo, quem draco in gyrum actus caudamque mordens format. Hoc enim insigne, *Vidus de Bathor*, quod draconem immanem in paludibus *Et sedланis* diu latitantem occidisset, adoptasse perhibetur.

* Anne Insignia Bathoreanae domes tres dentes draconis, vel lupi sint, adhuc Historici certant. Postremum magis mihi arridet, quod et prouerbium Gabrielis Bathori, Princ. Transilv. *si Transiluania peritura, potius a dentibus lupinis dilaceranda esset*, haud obscure prodit. Num Stephani Bathori, Vaiodae Transiluaniae, omnes rarissimi sunt, cum effigie eius, fateor, me nullum vide.

- 1.) MONET. TRANSIL. s. b. d. s. (Stephani Bathori de Somlyo) S. Ladislaus Rex loricatus cum bipenni et orbe crucigero, stans inter 15--73. PATRONA VNGARIE. Deipara sedens coronata, cum Jesu puer in dextra, ad pedes luna cornuta. In margine enses coronati Cibiniensium. Schmeizel pag. 25. Simplex.
- 2.) MON. TRANSIL. s. b. d. s. S. Ladislaus more conuento stans inter 15--74.

PATRONA VNGARIE. Idem, vt in antecedente, typus. *Simplex Com. Feſſetics.*

3.) MON. TRANSIL. S. B. D. S. S. Ladislaus inter: 15—76.

PATRONA VNGARIE. Typus Deiparae cum insignibus Cibinienibus, ſicut in prioribus. *Simplex L. B. de Bruckenthal.*

41. Hac forma cuiſi funt eius aurei varijs, maioris, et minori moduli vſque dum folio Polonico conſcenſo, Principis titulum ſibi adoptauit, prout in numis eius Polonicis videre eſt. Vaiuodae vero fra- tri vterino, *Chriflophoro* reliquit.

* STEP. D. G. REX POL. Protome loricata capite corona- nato.

M. D. L. RV. PRV. PRIN. TR. (Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Pruffiae, Princeps Transiluaniae) 80. Inſignia corona ornata, Röhler Duf. Rab. P. I. pag. 254.

Qua Rex Poloniae Transiluanicis etiam in oris nu- mos ex auro et argento cudi fecit. Vnciales ar- genteos conſignauit Mich. Lilienthalius. En aureos ſimplices binos:

S. LADISLAVS REX 1586. S. Ladislaus loricatus et coronatus, more confueto, ſtans, inter N—B. (Nagy-Bánya.)

STEPHANVS D. G. REX POL. PRV. B. Virgo coronata et pallio amicta fedens, in dextra Jesum filiolum, ad pedes lunam cornutam. Infra parvula cum dentibus lupinis.

STEPHANVS D. G. REX POL. PRV. B. Maria coronata fedens, ad dextram Jesum, ſub pedibus luna falcata, infra parvula cum tribus dentibus lupiniſ.

S. LADISLAVS REX 1585. S. Ladislaus coronatus et loricatus stans, d. bipennem, f. globum crucigerum, hinc inde: N. B. Cl. Dan. Cornides.

Cuius pariter aurei, effigiem barbatam, humeros clamyde tectam cum inscriptione: CHRISTOPHORVS BATHORI *de Somlyo*, ab vna; ab altera vero: VAIVODA TRANSILVANIAE et SICVLORVM COMES, cum dentibus draconis, dracone in gyrum torto inclusis, exhibit.

* Ratione numorum Christophori aureorum cum eius effigie, sit fides penes auctorem; nullos ego vi-dii, nec in ditissimis Excell. Domini Gubernatoriis Transiluaniae, L. B. de Bruckenthal et Ill. Comitis *de Fesletics*, numophylaciis occurrunt. Eiusdem Vaiuodae sunt

1.) CHR. BATH DE SOM VAIVODA TRANSILVA. ET SIC. COMES Z. Scutum coronatum a duobus Geniis tentum, cum tribus dentibus lupinis.

ANNO DOMINI MILESIMO QVINGENTESIMO SEPTVAG-SIMO SEPTIMO. In area:

V I R T U S
V N I T A
V A L E T.

Diuersi moduli aureus, decuplus, quintuplex, duplex.

2.) MON. TRANSIL. C. B. D. B. (Christophori Bathori *de Somlyo*) S. Ladislaus Rex loricatus et coronatus stans inter 15—80. bipennem dextra, globum crucigerum fin.

PATRONA VNGARIE. Deipara coronata sedens cum Jesu puerō in dextra, ad pedes luna cornuta. Infra enses Cibinienium. *Simplex*

Alius est *decuplus* cum inscriptione circulari CHRIST. BAT. DE SOM. VAIVODA TRANSIL. ET SIC. CO. in area scutum inferius acuminatum a duobus angelorum simulacris vtrinque tentum, sub corona cum tribus dentibus draconis, ab altera: AN. DOM. MILESIM. QVINGENT. OCTVAG. TERT. in area lineis subductis: VIRTVS VNITA VALET.

* Numus a Stephano Rege Poloniae, in memoriam fratris sui restitutus, cuius aduersa plane eadem cum numo anni 177. Epigraphe vero partis auersae sic habet ANNO DOM. MILLESIMO QVINGEN. OCT. TERTIO. Exstat etiam *Elisabetiae Botschkaei*. Christophori Bathori conthoralis, ex auro et argento numus raritate insignis. *Decuplus* est: ELISABETHA BOCHKAI CONSORS. ILL. PRIN. TRANSILVANIE Insignia Botschkaiana, seu scutum, in quo leo cauda erecta, cuius extremitates in septemplies ramos diuisae, sedens, anteriore pede iaculum fert.
Av. ANNO DOMINI MIL. QVING. SEPTVAG. SEPTIMO.
In area :

VICTRIX
CASTA
FIDES.

Exstat numisma in honorem Stephani cufum, posteaquam qua Rex Poloniae cum Moschouitis acerrime pugnasset, et victo exercitu Moschouitico pacemque implorante, plurima loca ditioni Polonae restituisset. Ostendit hoc effigiem Regis cataphracto induiti thorace tenus, capite lauro cincto, barba truncata cum inscriptione: STEPHANVS I. REX · POLONIAE &c. infra 1585. auerfa parte, Moschouitam pileatum et corona turrita, vultu dextrae manu innixum, laeuam vltra genua protendentem, scutum, sagittas fractas, acinacem et arcum ad pedes iacentes prospectantem, sub umbra palmae arboris sedentem: ad cuius sinistram mulier vincis de trunko arboris retro manibus stat inclinata, puerulum erectis supra caput manibus ex aduerso plorantem adiutura, cum inscriptione: DEO REIQVE POLON. ET LITH. POL. LIVONIAQVE RESTITVTIS. Pendet aureos 16.

42. Viuente adhuc Stephano Rege, Christophoro autem fratre defuncto, succedit nepos *Sigismundus*, cuius frequentes aurei, variae figurae exhibentes

tes effigiem, capite nudo, dextra clavam ad humerum inclinatam, primo quidem sub titulis: *Vaiuodae Transiluaniae et Siculorum Comitis*, mox *Regnum Transiluaniae, Moldauiae et Valachiae Principis*; tandem et *S. R. J. Principis, Aurei Velleris Equitis, Opulie Ratiboriaeque Ducis*. Ultimo permutato et tertium repetito Principatu, folius *Transiluaniae Principis* titulo, ab altera parte cum dentibus draconis, et insigni aurei velleris.

* Tituli: *Equit's Aurei Velleris*, vel *Ducis - Opulias Ratiboriaeque*, in Sigismundi numis, quod ego quidem scio, non occurunt, ultimusque suorum numerum A. 1601. cufus, sequentem praefert titulum SIGISM TRANSIL. et SAC. ROM. IMP. PRIN. Ex aureis huius Principis innotuerunt mihi:

1.) SIGIS. BATORI DE. S:omlyo VAIVO:da TRAN:siluaniae ET S:iculorum C:omes. Scutum Batoreanum gentilium, quod sub corona duo genii tenent.
ANNO MILLESI. QVINGEN. OCT. TERTIO. In area:

V I R T U S
V N I T A
V A L E T

Decuplus, insignis raritatis. Cf. Dan. Cornides. Quoad aueriam similem Christophori Batori habemus numum posticum. Hinc illum ex hocce Sigismundi numismate vel casu, vel ad reuocandam Parentis memoriam conflatum fuisse, vix dubitauerim.

- 2.) MONETA. TRANSIL. SIGISM. B. D. S. (Bathori de Somlyo) S. Ladislaus more solito stans inter e. b. Kremniz- Banya.
- PATRONA VNGARIE 1585. Deipara cum Jesu filio lo in dextra, sedens, ad pedes luna cornuta. Infra duo enses, nisi malleoli, decussatim positi. *Simplex Schmeizel*, p. 9.
- 3.) MONETA. TRANSIL. SIGISM. B. D. S. S. Ladislaus Rex cum bipenni et globo inter: 15—86.
- PATRONA VNGARIE. B. Virgo Maria, vt supra. Infra enses Cibinienium decussatim positi. *Idem* p. 30.
- 4.) MONETA. TRA. ILLUSTRISSIMI SIGIS. A. D. S. S. Ladislaus inter 15—87.
- PATRONA VNGARIE. Typus B. Virginis sedentis cum Jesu ad dextram: infra enses Cibinienium. *Simplex L. B. de Bruckenthal*.
- 5.) MONE. TRA. ILLUSTRISSIMI SIGISM. B. D. S. S. Ladislaus vt supra, inter 15—88.
- PATRONA VNGARIE. Idem, qui in antecedente, typus. *Simplex*.
- 6.) SIGISMUND. BATHORI. B. Maria capite coronato, puluinario infidens, d. Jesum filiolum, fin. pomum, ad pedes luna crescens. Infra parmula cum dentibus lupinis.
- PRINCEPS TRANSILVANIAE. S. Ladislaus loricatus stans d. globum crucigerum, fin. bipennem, hinc inde: 15—91. *Simplex Com. Feftetics*.
- 7.) SIGISMUNDVS BATHORI. S. Ladislaus, vt in antecedente stans inter 15—91.
- PRINCEPS TRANSILV. Effigies b. Mariae sedentis. Infra parmula cum insigni Bathoreano. *Simplex Schmeizel* p. 32.
- 8.) MONE. TRAN. SIGI. B. D. S. S. Ladislaus d. bipennem, fin. globum gerens, stat inter 15—91.
- PATRONA VNGARIE. Typus Deiparae sedentis cum luna bicorni sub pedibus. *Röhler l. c. T. II. n. 2245. Simplex similis cum 1592. ibidem*.
- 9.) SIGISMUND. (sic) BATHORI. Typus b. Mariae fe-

- sedentis, cum puerulo in dextris, ad pedes luna; infra parmula cum dentibus lupinis.
- S. LADISLAVS REX. S. Ladislaus stans more solito, inter 15—92. *Simpl. ibidem. h. 2246.*
- 10.) MONET. TRAN. ILL. SIGISM. B. D. S. S. Ladislaus coronatus, et loricatus, d. bipennem, f. globum, inter 15—93.
- PATRONA VNGARIE. Typus sicuti anni 1588. *Simplex L. B. de Bruckenbal.*
- 11.) MONETA TRAN. ILL. SIGISM. B. D. S. (sic) S. Ladislaus, vt supra inter 15—94.
- PATRONA VNGARIE. Idem B. Virginis typus: infra castellum Claudiopolitanorum. *Simplex Eiusdem.*
- 12.) MONE. TRANSIL. (sic) ILL. SIGI. B. D. S. S. Ladislaus, vt supra, d. bipennem, f. globum crucigerum, ad latera: 1—4.
5—9.
- PATRONA VNGARIE. B. Maria coronata puluñario insidens, d. filiolum, f. pomum, sub pedibus luna bicornis. In margine infra enses Cibiniensium. *Simplex. Comes Fefletics.*
- 13.) SIGISMVND. BATHORI. B. Virgo sedens, d. filiolum, f. rosam, ad pedes luna cornuta. Infra insigne gentilitium.
- S. LADISLAVS REX 1595. S. Ladislaus cum bipenni et globo stans inter n—b. Röhler T. II. n. 2247. *Simplex.*
- 14.) SIGISMVND. BATHORI. Typus Deiparae sedentis, quae sinistra corculum gerit. Infra insigne gentilitium in parmula coronata.
- S. LADISLAVS REX 1.5.9.7. S. Ladislaus more consueto d. bipennem, f. globum crucigerum, stans inter n.—b. *Simplex. Com. Festeticz.* Similem Röhler l. c. n. 2247. nisi quod b. Virgo sinistra rosam gerat.
- 15.) SIGIS. D. G. TRA. MOL. WA. T. ransalpinæ, S.R. 1. P. (Sacri Romani Imperii Princeps) Aquila biceps sub corona, cum scuto gentilitio in pectorore torque aurei velleris circumdato.

S. LADISLAVS REX 159^o. S. Ladislaus more consueto, inter n—e. Röhler. T II. n. 248

Consideranda hie etiam veniunt numismata Imp. Rudolfi Caesaris Augusti, in Transilvania cusa, quorum aureum simplex Cl. Schwarz in Rec. Crit. Schmeizel pag. 30. publici iuris fecit.

RVDOL. D. G. ROM. IM. S. A. G. H. E. R. Sanctus Ladislaus more consueto stans inter : s. L. (Sanctus Ladislaus)

Av. PATRONA VNGARIAE 98. Imago b. Mariae dentis cum puerulo. Subtus castellum, Clau- diopolitanorum insigne.

43. Cesserat is principatum *Andrae Bathori* patueli, cuius aurei effigiem habitu Cardinalitio et insigne Bathoreorum cum pedo pastorali et mitra dignitatis sacrae, cum circulari inscriptio ne: ANDREAS MISER. DIV. CARD. TRANSIL. MOL. ET VAL. PRINCEPS EPISC. VARMIENS. SIC. COM. exhibent; sed quia insperatum Principatum ultra septem menses non tenuit, paucissimi cudi potuerunt, ideo copia talium vix amplius supereft.

* Imo dubium est, an unquam extiterint. Quid si haec periprapha sumta sit ex Sigillis infelicissimi huius Principis? Duo illius haec tenus vidi, sed admodum detrita. Prius in documento d. III. Maii 599. exarato. Quale est cum circumscriptione: ANDREAS S. R. E. CARDINALIS BATHOREVS. Scutum Cardinalitio pileo ornatur, ex insignibus vero nihil, nisi dentes Lupini in Scutulo medio, et area quarta lupus, ut videtur dimidiatus super

per tribus collibus apparet. Alterum in documento d. V. Octob. scripto, quod maius est, et rotundum. Epigraphe ANDREAS DI. MIS. S. R. E. CAR. BAT. TR. MOL. VAL. T. PR. PAR. RE. HVN. DO. SI. CO. EP. VAR. PERP. ADMI. Hoc est: *Andreas Dei misericordia S. R. E. Cardinalis Bathoreus, Transiluaniae, Moldauiae, Valachiae Transalpinae Princeps, Partium regni Hungariae Dominus, Siculorum Comes, Episcopatus Varmiensis Perpetuus Administrator.* Scutum coronatum, variasque in areas distinctum, sed exceptis insignibus Moldauiae, et Valachiae, quae suprema sunt, nihil cognosci potest.

Vt tamen defectum hunc aliquo modo sarciam; adiicere lubet numisma aliud rarissimum Michaelis Vaiuodae Valachiae Transalpinae, in Transiluania cusum, quod in Cl. Joachimi Neueröft. Münzfab.

T. II Tab. III. aere incisum cernimus:

MICHAEL. VAL. TRANS. VAIW. S. C. REAE. M. CONS. PER. Protome Michaelis aduersa facie, barba prominata et mitra zobolina cristis ornata tecta.

Av. TRANSIL. LOCVMT. CIS. TRAN. PAR. EI. SVP. EXER. CE. CAP. In area:

A. D.

V I G I L A N
T I A. V I R T V
T E. E T A R M I
E. V I C T O R I
A M. N A C T
V S.
I 6 0 0.

Aureus decuplus. Ad illustrandam eius inscriptio-
nem obscuriorem integrum huius Principis titulum
describam: *Michael Valachiae Transalpinae Vaiuoda,
Sacratissimae Caesariae Regiaeque Maiestatis Consilia-
rius, per Transiluaniam Locumtenens, Eiusdemque
Cis-*

*Cis-Transiluaniam et Partium ei subiectarum fines,
Exercitus Generalis Capitaneus.*

44. Diplomate Turcico munitus, intruf erat se in Principatum *Moises Sicutus*, (Zekel) cuius denarius aureus visitur sine effigie, cum gentilitio insigni, qui tamen nec receptus, neque inaug uratus prope coronam cum Vai voda Moldauiae infeliciter pugnans, cito occubuit.

* Minime cum Vai voda Moldauiae; sed Valachiae, *Radul* seu *Rudolpho*, pugnans, d. 17. Jul. 1603. periit. Aureus eius *textuplex* et multa raritate insignis, sequens est:

MOISES ZEKEL DE SEMENFALVA VAIVODA TRANSILVANIAE ET SI. COMES. Insigne gentilitium: Duo leones erecti, caudis eleuatis, pedibus anterioribus gladium coronam apertam permeantem, sustollant, ad utrumque gladii latus supra, stella in luna bicorni.

Au. ANNO DOMINI MILLESIMO SEXCENTESIMO TERTIO CLAVDIOPOLI. In area:

D E V S
P R O T E C T O R
M E V S.

45. Huius temporis est numisma *Coronenum* aureum, quod ab una parte caput cum triplici facie ostendit, una imberbis iuuenis est; altera a tergo bar-

barbata , in vertice tertia , cuius promissa barba frontem primae imberbis tegit , vt altera barbata facies , fronte calua appareat , cum lemmate : OCCIDENS. DEVS. ORIENS. et inscriptio ne circulari : TERRENA CONSIDERES VT COELICA POSSIDEAS (*in numis POSSIDES*) Ab altera parte : A TERGO ET FRONTE MALLVM TANDEM DEVS PROPITIARE . (*male , opitiare*) AN. MDCII. FATALI TRANSILVANIAE . (*in numis TRANSILVANI.*) Haec se mutuo explicant , erant Coronenses in angustiis , et quasi malleum inter et incudem , quo se verterent dubii , ob irruptionem Stephani , Vaiuodae Moldaviae , Turcarum cum Moise Siculo , et validi exercitus *Georg. Basta.* Pen-det ducatos $2\frac{1}{4}$.

* Numi hi diuersis typariis cusi , variique ponderis occurunt. In nonnullis CIBIN. legitur. Fugit me igitur , quare Kölescherius numum hunc aerigmaticum Coronensibus adscriperit. Vidi aliquando numum talem Cibinii cusu , pondere 3. ducat. qui loco *confideres* et *a tergo* : CONSIDES , et ATEGO. habebat. In numo denique *Ill. Comitis de Festetiz* , aureo ac argenteo legitur : TRANSSILANI. Qualem vero Cl. Schwarzius l. c. pag. 28. descriptus , me inter plures nunquam vidisse , ingenue fateor. „ In Archetyp. *inquit* : tam affabre eminentias et

„ umbras busti tricipitis artifex miscuit, vt ad
 „ dextram non difficiliter detegas caput imberbe,
 „ galea romana tectum; ad sinistram caput bar-
 „ batum, vitta opertum turcica: in summitate
 „ denique caput, barba quoque insigne et nu-
 „ dum (*Kopasz-Feje*,) „ Illustratio huius numi
 Kölescheriana ad annum 1602. minime quadrat,
 historia testis est. Meliora nobis *Ioannes Oltardus*,
 scriptor coaevus, in *Cron. Mjcr.* refert: Perni-
 ciosus plane hic annus (1602.) Transiluaniae
 fuit. „ Nihil enim calamitatis, quo genus hu-
 „ manum ob peccata adfligi solet, diuinitus, re-
 „ liquum fuit, quod non uberrime totoque, vt
 „ aiunt, plaustro, in hunc annum redundauerit.
 „ Vrbs Cibiniensis pressa gladio, fame, peste,
 „ phrenesi et sexcentis aliis calamitatibus, per
 „ primum anni quadrantem infestata est hostiliter
 „ ab Hungaris, quod fidem Imperatori Rudolpho
 „ datam rumpere, vt reliquae ciuitates, nollet;
 „ suburbia eius et pagi circumiacentes flamma
 „ ferroque vastati, rustici miserabiliter trucidati,
 „ plurimi a Tartaris captiui abducti, reliqui in
 „ vrbe compulsi, ibique vel fame, vel phrenesi
 „ ac peste sublati sunt. Cui malo, vt in dies ma-
 „ gis ac magis serperet, occasionem dabat innu-
 „ mera plebs misere plane in vrbe Cibiniensi de-
 „ gens, sine vlo certo domicilio, et sine ali-
 „ mentis necessariis Hocque contagio circiter
 „ tria millia sublata sunt, neque parvus eorum
 „ numerus fuit, qui fame enecabantur.
 „ Aestate adpropinquante pestis atque phreneseos
 „ contagium nonnihil remittit, et sperabamus me-
 „ liora; sed quid fuit? Baftae exercitus profili-
 „ gat Hungaros mense Julio penes Marusium ad
 „ Albam Iuliam. Hinc ille exercitus per totam
 „ Transiluaniam dilapsus, omnes segetes depopu-
 „ latur et deuastat, triticumque rusticis vi eripit.
 „ Hinc vicissim grauis fames sub hyemem subori-
 „ tur. Sed diuina numinis ira nondum his poe-
 „ nis placata est. Ecce enim pestis contagium
 „ mense

„ mense Septembri iterum serpere incipiens per-
 „ uadit totam Transiluaniam, plurimumque dam-
 „ ni dat; praesertim circa Cibinium, Claudiopolim,
 „ Bistricium &c. Sic nullis non poenarum gene-
 „ ribus diuinitus adflicti, nondum tamen recon-
 „ ciliationem cum Deo meditamus; sed quasi in
 „ tuto nauigantes, securi contemnimus omnia.
 „ Valde igitur verendum, ne haec futurorum ma-
 „ lorum tantum sint prodromi.—

46. Sequitur *Georgii Basta* ouale. Caput capillis truncatis, barba acuminata et crassa mystace, thorace loricato, cum inscriptione: *Georg. Basta Dns. in Sult. Eq. Aur.* Ab altera parte fertum laurinum cum tribus spicis per medium ferto intextis, subtus: **VALL. PROF. SIC. DEV. DAC. REC.** 1603. h. est: Valacho Michaele Vaiuoda Valachiae, qui in tentorio ad Mirislo, prope Enyedinum e viuis sublatus est, profligato, Siculo deuicto; vel Moise Siculo Principatum affectante; vel Siculis eius partes sequentibus, deuictis; Dacia recuperata: h. e. in potestatem Augusti fel. rem. Imp. Rudolphi II. redacta, cum inscriptione: *S. C. M. ac Cath. Reg. Hispa. Consil. Bell. et in Trans. Capit. General.* Hoc ponderat aureos decem.

* Nunum hunc Cibinii cusum auctor satis oscitanter descripsit. Epigraphe enim Aduersae sic habet: GEORG. BASTA DN. IN. SVLT. EQV. AVR. Auerfa: S. C. M. AC. CATH. REG. HISB. (sic) CONSL. BEL. ET IN TRANS. CAPIT. GENERAL. Tres palmae ramuli corolla laurea. Infra :

V A L L. P R O F.

S I C. D E V.

D A C. R E C.

1603.

Habeat hic etiam locum aureus simplex optimae notae; sed incerti temporis et auctoris, insciatiisque scalptoris, vel oscitantiam redolens: MON. OR. TRAN. ISL. VA. VNG. S. Ladislaus more confueto stans, d. bipennem, f. globum crucigerum. Subtus parvula cum leone.

Av. PATRONA VNGARIE. Effigies coronata b. Mariae sedentis cum puerulo in dextra: Infra duo mallooli decussati positi. *Alius similis;* sed in parvula aduersae partis, duo dentes erecti, ut videtur, et in Auerfa subtus figura ad formam fere litterae: p. (Com. Festetiz) Anne Epigraphe cum Cl. Schwarzio pag. 21 legenda sit: MONETA OR. dinaria TRANSILVA. VNGARICA; vel bonus ille artifex scalpere voluerit: MONETA NOVA regni TRANSILVANIE? peritioribus relinqu. Dauus sum, non Oedipus.

47. *Ciuitatis Cibiniensis* ab vna parte aquilam imperialem cum insignibus in pectore, torque aurei velleris pendulo circumdati, repraesentat, cum inscriptione marginali : RVDOL. II. D. G. ROM. IMP. S. AVG. G. H. B. REX.
ab

ab altera duos enses cuspide tenus decussatim inuersos, inter manubria triangulum trifoliatum, sub corona regia, insigne Cibinienium, a dextra crucis littera: H. a sinistra iunctim: A. H. I. R. (Albertus Huet Judex Regius) supra, eius insigne mitra Electorali non absimilis, et intra cuspides vnicornu ; littera: H. Hecht, nomen Consulis, cum inscriptione : SOLI DEO GLO-RIA. CIVIT. CIB. ANNO 1605.

* Aureus simplex Ill. Comitis de Festetiz in Epigraphę aliquantulum differt : RVDOL. II. D G RO. IMP. S. AVG. G. H. B. R. E. X. (sic) — SOLI DEO GLORIA CI- VIT. CIBIN. ANNO 1605. Georgius Hecht (Czukás) obiit in Consulatu d. 19. Jan. 1580. Quomodo igitur littera : h. nomen eius indicare posset ? Legerem potius, vt in aliis Cibinienium nummis *Hermannstadt*.

48. *Stephani Botskai aureus decuplus*
capite mitrato et mento barbatulo cum
inscriptione : STEPH. BOTSKAI HVN.
TRANSILVQ. PRINCEPS ET SIC.
COMES. ab altera brachium ensem te-
net lemniscatum, cum inscriptione : PRO
DEO ET PATRIA et circumferen-
tialiter : DVLCE EST PRO PATRIA
MORI 1605. In *simplici* : STEPHA-
NVS BOCHKAI DE KIS-MARIA,

ab vna, ab altera insigne gentilitium, tres corbes insidente lupo, cum inscriptione: REGNOR. HVNG. ET TRAN. PRINC. 1607. ostendit. Effigies capite mitra testo: STEPH. BOCH. R. HVNG. TRAN. PRIN. interne: C. V. *Colosvár*, auersa intra circulum a serpente formatum, Leo sedens sagittam ori infixam pede arripiens, cum inscriptione: ET SICVLO-RVM COMES inferne insigne Ciuitatis *Colosvár*; *simplex* ducatus.

* Fugitiuo oculo auctorem nostrum numismata haec inspexisse, nullus dubito. In nullis enim, quos vidi, titulum: *Regnum Hungariae Transiluaniaeque Principis*, alias in Bethlenianis obuium, innueni; in nullis deinde lupum tribus corribus insidentem, vel leonem sagittam ori infixam habentem. Neicio etiam qua ratione lupum illum insigne gentis Botchkaianae dicit. Testor de his ipsa numismata:

- 1.) S. LADISLAVS REX 16 5. S. Ladislaus more solito stans inter N. et B.
STEPHA. BOCHKAY. PR. TRAN. SYL. (sic) B. Virgo mater cum puerulo in dextra, sedens, sub pedibus luna falcata. *Simplex*. Schwarz p. 32.
- 2.) STE. BOCHKAY D. G. HVNGA. TRANSILVQ. PRIN. ET SICV. COMES.
DVLC. EST PRO PATRIA MORI I. 6. 0. 5. idem ille decuplus, quem auctor supra descripti.
- 3.) STEPH. D. HVN. TRAN. P. ET SIC. CO. S. Ladislaus ut in prioribus, d. bipennem, s. globum crucigerum, stans inter s. et L. (Sanctus Ladislaus.)

PATRONA HVNGARIAE 1605. Deipara coronata sedens, in dextra Jesum filiolum, globum crucigerum gerentium; s. vero corculum. Ad pedes semiluna. Subtus parvula cum leone Botchkaiano. *Simplex Com. Festetiz.*

4.) STE. BOCH D.G. HVNG TRAN. PRI. Protome mitra et habitu patrio ornata inter c. et v.

ET. SICVLORVM. COMES 1606. Leo in circulo a dracone formato, caudae suae infidens, d. vngui iaculum per caput ut videtur, infixum. Infra castellum Claudiopolitanum. *Simplex. Com. Festetiz.* In quibusdam dilimilem. Schmeisel, T. III. n. XVII.

5.) STEPH. D. G. HVN. TRAN. P. ET SICV. (forte si co.) S. Ladislaus inter s. et l.

PATRONA HVNGARI. 1606. Virgo Christophorus in luna falcata; infra insignie Botchkaianum, sive Leo in parvula. *Simplex Schwarz*. p. 35.

6.) STEPH. D. G. HVN. TRAN. P. ET SIC COM. Protome eius loricata, pileo Hungarico tecta.

SOLI DEO GLORIA CIVITAS CIBINIENTIS ANNO 1606. Duo enses inuersi decussatim positi sub corona aperra. Ad dextrum latus lit. h. ad finistrum monogramma *Alberti Huet* (Süyeg)

• Comitis Nationis Saxoniae, Iudicisque Regii Cibiniensis aeternae memoriae! AR. Inter enses triangulus (+) cum tribus Nymphaeae foliis: infra vnicornu coronatum dependentibus a collo lemniscis. *Simplex L. B. de Bruckenthal.*

M 4

7.)

(+) Ensae coronati ciuitatis Cibiniensis insignie: Triangulus vero Vniuersitatis Nationis Saxonicae a tempore Regis Ludouici I, nec non Iudicatus Cibiniensis Litera: H. non, ut Schmeizelius voluit, Consulis Georgii Hechtii (Csukás) nomen denotat, quippe qui ante diem V. Octob. M. D. LXXX. terrenis valedixerat: ast sicuti in aliis *Hermannstadt* Pileus cum vnicornu arma sunt Domus Hutianae. Similis typus occurrit in nummo Imp. Rudolphi vnciali de anno 1605.

7.) STEPHANVS BOCH.kai D G PRINCEPS HV. TR. ET
S. C. Protome loricato capite nndo , d. tenet
clauam Turcicam ; infra enses Cibinensium in
scutulo coronato.

GROS.sus ARGENT.eus SE.x tuples REG.ni HV.ngariae
ET TRA.nsiluaniae 1606 Scutum coronatum,
quadripartitum cum nota numerali : VI. In
area I. Crux duplicata tribus collibus insidens.
II. Superne Siculorum Sol cum Luna falcata,
inferne Aquila Comitatensium. III. Fluuii
Hungarici : denique in IV septem Saxonum
castella. 2, 2, 3. In scutulo medio Leo gen-
tilius. Aureus Sextuplus. Eiusdem. Adser-
uatur etiam rarius hocce numisina in Numo-
philacio. Ill. Com. Feletiz.

Dantur etiam huius Principis numi postumi, ipse-
met grossos argenteos triplices de annis 1607. 160 .
et 1609. vidi , hinc aureum de anno 1607. quem
Kölescherius protulit, genuinum esse facile credi-
derim.

49. *Sigismundus Rakoczi* ex Guber-
natore Principis, decuplus cum effigie
ab vna et inscriptione : SIGISMVN-
DVS RAKOCZI D. G. TRANSILV.
PRINC. ET SIC. COMES. Ab al-
tera arealiter characteribus antiquis :
NON EST CVRRENTIS, NEQVE
VOLENTIS , SED MISERENTIS
DEI. In circumf. : SOLI DEO
GLORIA A. D. 1607.

* Meliora dabimus ex ipso raritatis insignis numo :
8.) SIGISMUNDVS RAKOCZI (sic , loco Y.) D: G: PR:
TR: PAR: RE: H: D: ET SIC: CO: Bustum
Prin-

Principis loricatum capite nudo, barba acuminata, d. clauam, f. capulo gladii applicata.
SOLI DEO GLORIA ANNO DO. MDC. VII. In area:

N O N
E S T C V R R E
N T I S N E Q V E
V O L E N T I S S E D
M I S E R E N T
I S D E I. Schmeizel, Tab. IV.
n. XIX.

Rarioribus et sequentes adscribendi sunt:

2.) SIGISM. RAKO. D. G. TR. PAR. RE. HVN. DO. Pro-tome eius ut supra, inter c. et v. Coloschvar.

ET SICVLORVM COMES M. DC. VII. Aquila alis expansis, coronata stans, dextro pede acinacem sublimem tenet, sinistro basi insitum, qua super: AQV—ILA. Infra in vna serie septem castella; in ima tandem parte castellum cum tribus turribus. Hic quoque characteribus monasticis signatus: sic *alius* similis, sed pondere 2. ducat. de anno 1608. *Alius* posterioris anni similis: SICOLORVM. habet.

50. *Gabrielis Bathori* aurei ab vna effigiem, capite nudo mentoque barbatulo, clauam dextra ad humeros inclinatam tenentem, cum inscriptione: D. G. TRAN. VAL. TRANSALP. PRINCEPS, ad latera C. V. Colosvar: ab altera aquilam erectam expansis alis, ore hiante, in pectore gentilitium insigne Batoreum, cum inscriptione: M 5 PART.

PART. REG. HVNG. DOM. ET SIC.
COM. 1610. ostendunt.

* Expeditionem Valachicam susceperebat Princeps, d.
21. Dec. 1610. hinc dubito aureum hunc anno
eodem cūsum fuisse.

Eiusdem *Gabrielis Bathori*. Effigies
capite mitrato a fronte plumis ornata,
cum clamide et inscriptione: GABRI-
EL BATHORI D.G. PRINC. TRAN-
SILV. *auerfa*: Miles cataphracto et
casside indutus frameam dextra ex-
tendens, equo ad cursum incitato insi-
dens, sub prioribus pedibus Ciuitas Co-
ronensis montibus circumsepta; a retro
exercitus signis inclinatis ciuitatem im-
petens, infra 1612. et supra: PART.
REGNI. HVNG. DOM. ET SIC. C.
Decuplus est. Sub hoc Principe cusi
maiores et minores aurei et argentei,
cum insigni *aquilae* erectae expansis
alis ore hiante, insertis pectori tribus
dentibus draconis Bathoreanis, post ac-
cessere *sol* et *luna* supra, infra, vero
aquilam septem ciuitates, insignia ab
hoc tempore trium statuum Transilua-
niae.

* Solita Transiluaniae insignia nec Gabrielem Bathori, nec, vt aliis placuit, Stephanum Botschkai agnoscunt auctorem; sed *Sigismundum Bathori*, cuius in sigillis, vna cum insignibus Valachiae Moldaviaeque, Anno adhuc 1596. d. 21. April. occurunt. Quare vero sol et luna, Siculorum insigne, in numismatibus Gabrielis Bathori nunquam obseruentur, cauffa me fugit. Ex aureis adiicimus:

- 1.) GABRIEL. D. G. PRIN. TRAN SI. C. S. Ladislaus loricatus et coronatus cum bipenni in dextra, et f. globo; ad latera: N. B.

PATRONA HVNGARIAE. 1609. Deipara coronata sedens cum puerulo in d. ad pedes luna falcata. *Simplex Com. Fefletiz.*

- 2.) GAB. BATHORI: D: G: TRAN: PRINC. Protome Principis loricata capite nudo d. tenet clauam turcicam.

PAR: RE: HV: DO: ET SI: CO: 1609. Insigne gentilitium dracone circumdatum et coronatum. *Simplex.*

- 3.) GABRIEL. D: G: PRIN: TRANSILVANI: B. Virgo Maria velata sedens, d. Jesulum, ad latera: N. B.

PAR: REG: HVN: DOMINV: ET SI: CO: 1610. Scutum quadripartitum, in area: 1. Teniae Hungariae; 2. Crux duplex in tribus collibus; 3. Leo cauda admodum hirsuta et 4. Capita coronata Dalmatiae. *Simplex Com. Fefletiz.*

- 4.) GABRIEL D. G PRIN. TRAN. ET SI. S. Ladislaus more folito inter N. B.

PATRONA HVNG. 1610. Typus B. Mariae sedentis cum puerulo in dextra, ad pedes semiluna. *Simplex. Cl. Schwarz p. 38.*

- 5.) GABRIEL. D. G. PRIN. TRAN. ET SI. (sic) Scutum quadripartitum cum insignibus Hungariae, Dalmatiae et Bohemiae, in scutulo medio dentes Bathoriani, ad latera: 16—10.

PATRO HVNG Virgo theophoros coronata sedens cum puerulo in dextra, ad pedes luna cornuta. $\frac{1}{4}$ duc. *Comes Fefletiz.*

- 6.) GAB. PATHORI. D. G. TRAN. PR. Protome loricata capite nudo, d. clauam Turcicam, inter c. v.
 PA. REG. HV. DO. ET SIC. CO. 1611. Scutum gentilium coronatum, et draconem circumdatum. Infra castellum Colos - Variensiuin. *Simplex.*
L. B. de Bruckenthal.
- 7.) GAB. BATHORI D. G. TRAN. PRIN. Protome loricata cum clava turcica inter: c. et v. Colosvar.
 PAR. RE. HVN. DO. ET SIC. CO. 1611. Scutum gentilium draconem circumdatum, sub corona. Röhler, T. II. n. 2255.
- 8.) GAB. D. G. PR. TRA. VAL. TRANSAL. Protome loricata, capite nudo, d. clauam; hinc inde: c. v.
 PAR. REG. HVN. DOM. ET SIC. CO. 1611. Insigne gentilium, vt in antec. subtus castellum. *Simplex.*
- 9.) GABRIEL. D. G. PRIN. TRANSILVA. Protome loricata capite nudo.
 PAR. RE. HVN: DO: ET: SIC. CO: 1611. Aquila expansis alis cum scuto gentilitio ad pectus; ad latera: N. B.
- 10.) GAB. D. G. PR. TRAN. VAL. achiae TRANSAL. pinae. Protome loricata capite aperto, hinc inde c. v.
 PAR. RE. HV. D. ET SIC. CO. 1612. Scutum tribus dentibus lupinis, a draconem circumdatum, coronaque ornatum: infra, castellum vrbis Claudiopolitanae. *Simplex L. B. de Bruckenthal.*
Alius similis cum epigraphe: GAB. BA. D. G. TRAN. PRINCE. Eiusdem
- 11.) GABRIEL. D. G. PRIN. TRANSILVA. Protome loricata.
 PAR. RE. HVN. DO. ET SIC. COM. 1613. Insigne gentilium draconem circumdatum et coronatum; in area: CIBINI. Röhler, T. II. n. 2259.
- 12.) GAB: D: G: P: TR: VAL: TRAN: Protome mitra plumata tecta.
 PAR: RE: HV: DO: ET SIC: CO: 1613. Scutum cum

cum tribus dentibus lupinis a dracone cinctum, super incumbente corona aperta. Ad latera: R. o. Infra: castellum cum tribus turribus. *Simplex* conf. Schwarz p. 9.

13.) GABRIEL. D. G. PRIN. TRANSIL. Protome vt in omnibus, barbata, capite aperto.

PAR. REG. HVN. DO. ET SI. C. 1613. Aquila expansis alis, cauda et pedibus cum scuto pectorali, in quo dentes gentilitii; ad latera N. G. *Simplex* alius similis sed crassius, pendens 6. Duc.

51. Priori Bathoreo numismati oppositum Coronensium *aureum* et *argenteum* ab vna parte intra torquem seu coronam, areali inscriptione: ILLE IN EQVIS FT CVRRIBVS; ab altera ciuitatis insigne; Corona cum radicibus; ad latera: C. B. (Ciuitas Braffo) in circumferentia: NOS IN NOMEN DOMINI CONFIDIMVS 1612. expeditionem sub iudice *Michaele Weiss*, contra Gabr. Bathori Principem suscepitam, innuit. *Quintuplex* est.* Alius *simplex*, ab vna ciuitatis insigne: Corona cum radicibus, cum inscriptione: DEVS PROTECTOR NOSTER. Aversa: B. Virgo cum Jefulo a dextris, cum inscriptione: PATRONA HVNGARIAE. 1613.

* Secundum Schmeizelium, decuplus, utrumque probabile. Typum huius numi rarissimi exhibit posterior Tab. IV. n. XXIII. qui vero sic habet:

Adv.

Adv. Corona ciuica cum Epigr :

I L L E
I N E Q V I S
E T C V R R I
B V S.

Av. NOS IN NOM DOM. CONFIDIMVS. 1612. Insigne
Coronensium.

Hac in expeditione bellica celeberrimus ille et de
patria optime meritus Praetor Coronensium *Michael,*
Weiss, siue *Albinus*, occubuit, cuius in memo-
riam grati conciues tale cudi fecerunt numisma:

Adv. Corona liliacea cum inscriptione:

M I C H A E L
A L B I N V S
A. P. B.
1 6 1 2.

Av. AD VTRVNQVE IMPER. PRO PATRIA LEGATO.
In area:

P R A E S T I
T I T 9 V A E
D E B V I T
P A T R I A E

Decuplus, rarissimum, adseruatur in Cimelio III.
Com. de *Festetiz*. Simplex Coronense, cuius au-
tor meminit, apud Cl. *Schwarzum* pag. 39. prae-
fert Epigr: PATRONA VNGARIAE. et B. Virginem
capite coronato sedentem, d. Jesulum, s. globum
crucigerum tenentem; ad pedes luna bicor-
nis; ad latera c. B. (Ciuitas Brasso, vel: Co-
rona Bariae.)

52. *Cibiniensium aureus aequus et argenteus*, cuius ab una inscriptio arealis:
**VERA SALVS CHRISTVS TVA
SCEPTRA SALVTE CORONET.**
 1613. Ab altera: Enses per crucem decussatim inuersi, trifolio angulari innexi, inter manubria corona, ad latera in medio: CI—BI. (*Cibinium*) et in circumferentia: ET FERAT AVSPICIIS PROSPERA VELA TVIS. Votiuus est, *Gabrieli Bethlen* Principatum capellenti oblatus.

53. *Gabrielis Bethlen*, repraesentat effigiem barbatam, capite mitra plumis pretiosae thecae insertis ornata tecto, inscriptione: GAB. BETHLEN. D. G. PRIN. TRAN. PART. REGNI HVNG. D. et SIC. COM. ab altera: Brachium ex nubibus protensum catafracto induitum, enssem per coronam tranfixum manu tenens, cum inscriptione pendula cincinnata: **CONSILIO FIRMA-TA DEI.** et in circumferentia: DNS. ILLVM. MEA ET SALVS MEA QVEM TIMEBO. 1616. *decuplus est.*

* In numo *Ill. Com. de Festetiz.* Epigraphe aduersæ sic habet: GAB. BETLEN. D. G. TRAN. PART. REG. HVN. DO. ET SI- CO. Conf. de aureo hoc insigni cuius ty-

typum Schmeizelius Tab. V. n. XXVII. protulit,
Cl. Schwarz, pag. 22. et 40.

Eiusdem effigiem barbatam capite pileo oblongo zobelinato plumisque ornato, toga lincea pelle obducta humeros tegente, cum inscriptione : GABRIEL D. G. REGNORVM HVNGARIAE. Auerfa in scuto ouali quatuor arearum, insignia Hungariae et Transiluaniae, ac in arearum medio scutuli loco draco in gyrum actus, caudam ore tenens, duos *anseres silvestres* sagitta per collum vtriusque traiecta (Insigne lineae istius Bethlenianae, quae de *Iltar* denominatur) includens, cum inscriptione : TRANSILVAN. PRINCEPS AC SICVLORVM COMES, scutum corona tegit. Sunt et alii *Elezioni Hung. Croat. Dalm. Reg.* nec non *Opuliae Ratiboriaeque Ducis*, titulis cusi, varii et pondere et magnitudine. *Simplex* est, Effigie barbata, capite nudo : GAB. D. G. S. R. I. ET TRAN. PRINC. ab altera: B. Virgo cum Jefulo ad dextram, litt. N. B. (Nagy-Banya) in circumferentia : PART. HVNG. DOM. SIC. COM. OP. RAT. DVX. 1623.

* Prior numus ex auro, *decuplus*, latitudine argentei semiuncialis, exornat etiam *Numoph. Fesletiz.* Sed differt aliquantulum epigraphe auersae: TRANSYL: PRINCEPS. AC. SICVLORVM COM: In area: 1. Crux Patriarchalis coronae tribusque collibus insitens; 2. Sol et aquila dimidiata; 3. Flumina Hungarica et 4. Luna falcata septemque castella hoc ordine: 3, 3, 1. Spestat ad annum 1620. namque in Diaeta Posoniensi, d. XI. Nov. 1619. Proceres Regni Hungariae Bethlenium, Principem Hungariae, salutauerant. In simplici, quem profert Kölescherius, potius legendum erit: PART. R. HVNG.— Adiungimus reliquos huius Principis Merentissimi, numos aureos:

t.) GA: BET: D: G: P: T: Protome cataphracta, barbata, pileo ungarico plumis ornato tecta.

PAR. RE. HV. DO. ET SI. CO. 1614. Scutum a draco- ne coronato cinctum, cum insigni gentilitio. Subtus castellum vrbis Claudiopolitanae. Sim- plex.

2.) Eadem Epigraphe, idem typus.

PA. RE. HVN. DO. ET SI. CO. 1615. Idem vt in antecedente typus, *simplex*. Similis extat de anno 1616.

3.) GAB. BET. D. G. P. T. Eadem protome.

PA. RE. HV. DO. ET SI. CO. 1618. Scutum vt supra.

4.) GABRIEL. BETH. D. G. PRIN. TRAN. Scutum bipar- titum, in area superiore aquila dimidiata, et coronata, inferiore vero septem castella: 3, 4.

PATRONA. HVNGARIAE 1619. B. Virgo coronata, nimboque ornata sedens, d. sceptrum, f. Jesu- lum: ad pedes luna bicornis: hinc inde: A. I. (Alba Julia) *Quadrans L. B. de Bruckenthal.*

5.) GABRIEL. BETH. D. G. PRIN. TRAN. Protome lo- ricata, mitra plumisata tecta, toga lincea pelle obducta humeros tegente.

PAR. REG. HVN. DOM. ET SICVL. COM. 1619. tria scu- ta iuxta se posita, supra medium duo leones co- ronam tenent. In I. area superior continet fo- lem atque lunam bicornem; inferior: aquilam

dimidiatam, Coimitatensium insigne. In 2. insignia Bethleniana, in 3. denique occurunt septem castella: 1, 2, 1, 2, 1. Subtus A. I. (Alba Julia) decuplus.

- 6.) GABRIEL. D. G. P. TRAN. Protome cataphracta, pileo tecta.

PAR. RE. HVN. DOM. ET SIC. CO 1619. Scutum orbiculare cum duobus anseribus, telo percussis, nec solum draconem cinctum; sed et lemniscis praeterea oblaqueatum, corona fastigiatum aperta. Iuxta insignia siglae: A. I. simplex Cl. Schwarz, p. 41.

- 7.) GAB. D. G. PRIN. TRAN ET S. (sic) Scutum quadripartitum cum armis Regnorum Hungariae, Dalmatiae et Croatiae, in scutulo intermedio insigne Bethlenianum. Ad latera: 16—19

PATRON. HVNG. B. Maria velata et coronata sedens cum Jesu ad dextras, sub pedibus luna falcata. $\frac{1}{4}$ Duc.

- 8.) GABRIEL D. G. PRINC. TRAN Protome Principis, vt no. 4. ad latera: A. I.

PAR. RE. HVNG. DOM. ET SIC. COM. 1620. Scutum coronatum cum armis gentilitiis, absque vero draconem. Simplex Com. Feftetics.

- 9.) GABRIEL. D. G. ELECTVS HVNGARIAE. DALMA. Protome loricata et regio paludamento amicta, capite mitra cristata operto

CRO. SCLA. C. (cetera) REX TRAN. PRINC. ET SIC. COM. 1620. Scutum quadripartitum in area 1. Crux dupl. in 2. Aquila media oppositum lunae solem respiciens; in 3. fluuii quaterni, in 4. septem castella: Parmulam medium insigne Bethlenianum draconem circumdatum complet. In ima parte sigilae: A. I. (Alba Julia) decuplus.

- 10.) GAB. D. G. EL. HV. DA. CR. SC. REX. Protome loricata: capite nudo, d. Sceptrum: hinc inde: K. B. (Kremnitz Banya.)

- TRANS. PR. ET SIC. COM. 1620. B. Virgo coronata, puluinari insidens, d. Jesulum Sceptringerum; ad pedes luna crescens. Infra scutulum coronatum cum fluuiis, et cruce regni Hungariae. L. B. de Bruckenthal.
- 11.) GAB. D. G. S. R. I. ET TRAN. PRINCEPS. Effigies loricata capite nudo.
- PART. R. HV. DO. SIC. CO. OP. RAT. DVX. 1620. Deipara sedens, ad d. Jesulum, sinistra sceptrum tenet. Ad latera: N. B. In ima parte: insignia Hungariae. Schmeizel p. 67. Sed epigraphe ad annum 1620. non quadrat, legendum igitur putarem: 1629.
- 12.) GABRIEL (B. Virgo cum Jesulo ad dextras sedens D. G. EL. HVNGARIAE. DAL. CR. (Scutulum coronatum cum fluuiis hungaricis et cruce dupli) scl. REX. Protome loricata, capite nudo, dextra sceptrum.
- TRANS. PRINCEPS ET SICVLOR. COM. 1621. Scutum quadripartitum cum parvula media insigne Bethlenianum continens Area. Crux duplex coronae tribusque collibus insistens II. Sol et aquila media. III. Fluuii hungarici, et IV. Luna falcata septemque castella, ordine: 3, 3, 1. Scutum tegitur sacra Regni Hungariae corona. Subtus ad latera κ. b. (Kremniz-Banya) decuplus.
- 13.) GAB. D. G. EL HVN. DA. CR. SC. REX. Protome cataphracta paludamentoque amicta, capite aperito.
- PRIN. TRANSYL. ET SIC. COMES 1621. B. Virgo coronata radiata sedens, ad dextram Jesulum, nimbo cinctum, sceptrumque gerentem, sub pedibus luna bicornis. Ad latera: N—B. Nagy-Banya. Subtus parvula coronata cum fluuiis hungaricis et cruce dupli. Simplex. Com. Fesletics.
- 14.) GAB. D. G. EL HV. DA. CR. SC. REX. Effigies vt no 11. cum sceptro in dextris, inter κ et β. Kremniz-Banya.

TRANS. PR. ET SIC. COM. 1621. B. Virgo coronata sedens cum Jesulo sceptrigero, et sub pedibus luna coronata. Infra scutulum coronatum cum insignibus Hungariae. Röhler, To. I. n. 738. *Simplex.*

15.) GABRIEL. D. G. EL. HVNGARIE DAL. CR. SCL. REX. Protome capite mitrato, d. clauam.

PATRONA VNGARIE. 1621. Imago b. Mariae Virginis, *ibidem* n. 739.

16.) GABRIEL. D. G. ELEC. HVN. DAL. Protome mitra tecta inter: A. I. *Alba Julia.*

CRO. SCL. CETERA, REX TRAN. PRIN. S. C. Scutum quadripartitum sacra corona hungarica tectum, in area 1. Crux duplex; in 2. Sol et luna, de-super aquila media; in 3. Fluvii Hungarici, et 4. septem Saxonum castella. In parvula media insigne gentilitium. Cl. Schwarz, pag. 44.

17.) GABRIEL. (Effigies b. Virginis sedentis cum Jesulo sceptrigero nimboque ornato ad dextras, sub pedibus luna falcata) D: G. EL. HVN. DAL. CRO. (parvula cum teniis hungaricis et cruce patriarchali) SCL. REX. Protome cataphracta, capite nudo et paludamento ad humeros.

PRIN. TRANSYL. ET SICVL. COMES 1621. Scutum coronatum quadripartitum, cum scutulo gentilitio in medio. Area 1. continet crucem duplificem in tricollis. 2. Aquilam medium infra sollem. 3. quatuor fluvios Hungaricos et 4. septem castella infra lunam falcatam. In marginibus scuti: N. B. *Nagy-Banya.* Decuplus Com. Feletics.

18.) GAB. D. G. S. R. I. ET TRAN. PRIN. Insignia Hungarica inter: N. B.

PAR. R. HV. D. SI. CO. OP. RA. D. 1621. B. Virgo coronata supra lunam falcatam sedens d. Jesulum. ¹ Duc. Röhler, T. II. p. 714. Sed titulus Ducis Opuliae Ratiboriaeque non respondet anno: 1621.

- 19.) GABRIEL. (B. Virgo supra lunam sedens , capite coronato nimboque cincto , cum Jesulo ad dextram , capite nimbato , dextra sceptrum gerente) D. G. EL. HUNGARIAE DAL. CR. (parvula coronata cum insignibus hungaricis) Protome loricata , capite aperto , d. sceptrum gerens.

TRANS. PRINCEPS et SICVLOR. COM. 1622. Scutum infra coronam Hungaricam , quadripartitum , cum scutulo gentilitio in medio , Area i. exhibet crucem hungaricam in corona ac tricolli. ii. Solem et aquilam medianam. iii. quatuor teniae , seu fluuii et iv. Lunam cornutam supra septem castella 3 , 3 , 1. Ad latera : n. b. Kremniz Banya decuplus. Com. *Festetics*.

- 20.) GAB. D. G. HV. DA. CR. SC. REX: Effigies vt n. 17. inter n. et b.

TRANS. PR. ET SIC. COM. 1622. B. Virgo capite coronato et nimbato puluinari insidens , d. Jesulum sceptrigerum nimboque quoad caput cinctum , ad pedes luna bicornis. Infra parvula coronata cum insignibus Hungariae. *Simplex. Eiusdem.*

- 21.) GAB. D. G. E. HV. DA. CR. S. REX. Protome loricata capite nudo.

PRIN. TRANS. ET SIC. COMES 1622. B. Virgo coronata supra lunam falcatam sedens , d. Jesulum; ad latera : n. b Subtus scutulum coronatum cum armis Hungariae. Röhler, T. I. n. 740.

- 22.) GABRIEL. D: G: SA: RO: IM ET TRANSSYL. PRINCEPS Protome loricata , capite nudo , ad humeros cum paludamento. A tergo : 1622.

PAR. RE. HVN. DO. SIC. CO. AC OPOL. RATIB. DVX. Scutum quadripartitum corona clausa opertum , cum parvula gentilitia in medio. In area i. Aquila , vel vultur expansis alis tricolli insitens , cor carpit , quod dextro ungue tenet. ii. Aquila media sub sole. iii. Aquila expansis alis , cauda et pedibus. iv. septem castella , supra luna bicornis. A lateribus scuti : n. b. Decuplus. Com. *Festetics*.

- 23.) GAB. D. G. S. R. I. ET TRAN. PRIN. Effigies barbata capite nudo.
 PAR. (†) HVN. DO. SI. CO. OP. RA. DVX. 1623. Typus b. Mariae sedentis cum Jesulo ad dextram: ad latera n. b. Simplex L. B. de Bruckenthal.
- 24.) GABRIEL D. G. SAC. RO. IM. ET TRA. PRI. P. artium. Protome vt n. 20. Infra nota valoris: 24.
 REG. HV. DN. SI. CO. AC. OPA RA. DVX. S. (sic) 1623. Scutum vt n. 20 in duobus anterioribus areis insignia Opauiae ac Ratiboriae, in duobus posterioribus supra: Aquila media sub sole; infra: septem castella. A lateribus 8. 2. Schmeizel Tab. v. n. xxxi. aureus, sed typariis argentei 24. denariorum, cufus.
- 25.) GAB. D. G. S. R. I. ET TRAN. PRIN. Protome caphracta capite aperto.
 PA. R. HV. DO. SI. CO. OP. RA. DVX. 1625. B. Virgo coronata sedens cum Jesulo ad dextras, sub pedibus luna cornuta, iuxta n. b. subtus insignia Hungariae bipartita. Röhler T. II. n. 2265.
- 26.) GAB. D. G. S. R. I. ET TRAN. PRIN. Protome locrica, capite nudo, ad humeros cum paludamento.
 PA. R. HV. DO. SI. CO. OP. RA. DVX. 1626. Typus b. Mariae sedentis, corona nimboque ornatae, atque dextra Jesulum nimbatum scepterigerumque tenentis, sub pedibus luna bicornis, infra parvula coronata cum insignibus Hungariae bipartitis. A lateribus: Simplex. Com. Fesjetiz.
- 27.) GAB. D. G. RO. IM. ET TRAN. PRIN. Scutum coronatum ac bipartitum cum scutulo gentilicio in medio. In area I. Fluuii Hungarici. II. Crux duplex coronae apertae collique insistens, iuxta n. b.
 PAR. REG. HVN. DO. SIC. CO. OP. R. DV. 1627. Virgo Maria coronata et nimbo ornata, tota radiis circ.

(†) Sic: sed legendum: partium regni.

circumdata sedet, dextra genitans Jesulum sceptrigerum et nimbo cinctum. Schmeizel Tab. n. XXXII.

- 28.) GAB. D. G. SA. RO. IM. ET TRAN. PRIN. Protome vt anno 23.

PAR. R. HVN. DO. SI. CO. OP. RAT. DVX. 1627. B. Virgo tota radiis illustrata, capite coronato nimboque cincto sedens, dextra sceptrum, fin. Jesulum nimbatum globumque crucigerum tenentem. Ad pedes scutulum ouale cum fluviis Hungaricis et cruce patriarchali in corona. *Simplex.*

- 29.) GAB. D. G. SA. RO. I. ET TRAN. PRIN. Protome capite aperto.

PAR. R. HVN. DO. SI. CO. OP. R. DVX. 1628. B. Virgo coronata, radiisque circumfusa sedens, d. Jesulum sceptrigerum, ad pedes luna crescens: infra scutulum cum armis Hungariae. *Dupl. L. B. de Bruckenthal.*

- 30.) PAR. R. HVN. DO. SI. CO. OP. RAT. DVX. 1628. Deipara corona radiisque cincta sedens, d. sceptrum, f. Jesulum laeva globum tenentem: sub pedibus luna consueta: ad latera n. b. infra insignia Hungariae. *Simplex Eiusdem.*

- 31.) GAB. D. G. SA. RO. IM. ET TRAN. PRIN. Protome, vt supra.

PAR. R. HVN. DO. SI. CO. OP. RAT. DVX. 1628. Similis B. Virginis praecedenti typus, nisi quod siglae: n. b. in ima parte iuxta scutulum sint. *Simplex. Eiusdem.*

- 32.) GAB. D. G. SA. RO. IM. ET TRAN. PRIN. Protome loricata capite nudo, humeris paludamento amictis

PAR. R. HVN. DOM. SIC. COM. OP. R. DVX. 1629. B. Virgo coronata pallioque amicta, tota radiis circumfusa sedens, d. sceptrum, fin. Jesulum nimbo cinctum globumque crucigerum ferentem. Ad pedes scutum solito maius cum bipartitis Regni Hungariae insignibus, in ima parte siglae: n. b. *Simplex. Com. Felettes. A-*
N 4 *lium*

lium similem cum Epigr. PAR. R. HVN. DO. SI. CO. OP. RAT. DVX. Röhler T. II. n. 2267. et Cl. Schwarz pag. 48.

33. GAB. D. G. REX HVN. ET PR. TRANS. Cum hac epigraphie aureum communem, cum effigie Principis ab vna, et typo Mariae Virginis ab altera parte, hoc anno 1629. cusum, Schmeizelius se vidisse pag. 74. testatur. Numus certe aenigmaticus, sed absque dubio a monetario imprudente cusus. Conf. Cl. Schwarz, pag. 47.

54. *Catharinae Brandenburgicae*, fororis Frid. Wilh. Electoris, est ab vna effigies ad morem istius temporis ornata, cum inscript. CATH. D. G. N. M. B. S. R. I. TRAN. PRIN. ab altera, scuti in varias areas distincti, cum scutulo in medio, superiores areae insignia Transiluanica, ceterae Brandenburgica exhibent, cum inscript. PART. REG. H. D. SIC. COM. 1630.

* Pleniorum huius aurei simplicis dabimus descriptionem:

1.) CATHARINA D.EI & RATIO, N.ATA M.ARCHIONISSA B.RANDENBURGICA, S.ACRI R.OMANI IMPERII ET TRANSLUANIAE PRINC.EPS. Protome facie aduersa.

PAR. T. R. EGNI H. UNGARIAE D. OMINA, SIC. ULORUM CO.MES, A.C. B. ORUSSIAE, I. ULIAE C. LIUIAE, M. ONT. T. D. UCISSA, 1630. Scutum ovale corona clausa operum, inque sex areas distinctum. In area I. Aquila media sub sole. II. sub luna bicorni septem castella I, 2, 4 III. Leo erectus. IV. Aquila Brandenburgica. V. Gryphus et VI.

Qua-

Quatuor quadrae Zolleranae. In scuto medio Anseres Bethleniani sagitta confixi. Ad latera: c. v. *Colos-Var.* *Rarissimus*, eiusdem ratiatis et sequens:

- 2.) CATH. D. G. N. M. B. S. R. I. ET TRAN. PRINC. Protome vt in antecedente.

PAR. R. H. D. SIC CO. L. N. B. I. C. M. D. 1630. B. Virgo coronata, nimbo cincta radiisque circumfusa sedens, d. sceptrum, f. Jesulum pomiferum et nimbo redimitum. Ad pedes parma scutulata cum aquila Brandenburgica. *Simplex.*

- 3.) CATH. D. G. N. M. B. S. R. I. ET TRAN. PRIN. Protome eius aduerta.

TANDEM BONA CAVSA. TRIVMPHAT. Leo canem proculans: Victoria cum ferto superuolitante. *Sextupl.* L. B. de Bruckenthal. Numus hic mnemnonicus est, formae ovalis, et eximiae raritatis.

55. *Stephani Bethlen*, ab vna effigiem barbatam cum mitra et inscriptione:
STEPH. BETH. D. G. PRIN. TRA.
 ab altera scutum anseres silvestres e diametro sagitta transfixos et circa scutum draconem, vt supra in gyrum aetum, et caudam ore mordentem, cum inscript. **PART. HVNG. DOM. ET SIC. COM. 1630.** ostendunt.

- * Aureus *simplex* Ill. Com. *Festetics*, hocce modo.
STEPH. BET. D: G: PRIN. TRA. Protome cataphracta, capite mitra plumis ornata operto.
PAR. REG. HVN. DOM. ET SIC. COM. Scutum gentilium inter c. v. *Colos-Var* in circulo a draco-ne formato, supra corona aperta.

56. Aurei *Georgii Rakoczi* effigiem capite pileo oblongo zobelina Scythica obducto et plumis ornato, tecto, dextra sceptrum tenente, cum inscriptione: **GEORGIVS RAKOCZI D. G. PRINC. TRAN.** Ab altera scutum ouale, sole, lunam, aquilam expansis alis et ciuitates septem, in medio horum circulo ouali et ex corona pendente, insigne gentilitium, aquilam dextro pede frameam tenentem, supra medium rotam expansis alis stantem, exhibent, cum inscriptione: **PART. R. H. D. ET SIC. COM.** Et in alio cum inscript. *Non est currentis, neque volentis, sed miserentis Dei*, consueto symbolo.

* Tales aureos huius Principis, cum insignibus Transiluanicis atque gentilitio, nusquam vidi. Ex aliis vero sequentes:

1.) **GEORG. RAKOC. II** (sic) **D: G: PR. TR. PAR. RE. HVN. DO. ET SIC. COM.** Effigies Principis lorica-
ta, capite barbato et mitra cristata tectum, d.
clauam tenet, sinistra ad gladii capulum ap-
plicata,

SOLI. DEO. GLORIA. ANNO. DOM. 1631. Tabula qua-
drata intextis ad latera ornamentis quibusdam,
cum inscriptione:

N O N
E S T C V R R E N
T I S N E Q V E
V O L E N T I S
S E D M I S E R E
N T I S D E L

ad

ad latera: c. v. Colos-Var. *Decuplus*, similes *decupli* et *quintuplices* extant etiam de anno: 1637. RAKOCII loco RAKOCY positum esse, nullus dubito.

- 2.) GEOR. RAKO. D. G. PR. TR. PA. RE. HVN. DOMI. Protome loricata, vt prius.

ET SICVLORVM COMES 1633. Similis aquila cum castellis VII. Sed infra castellum Claudiopolitanorum. *Simplex*. L. B. de Bruckenthal.

- 3.) GEOR. RAKO. D. G. PRI. TRA. Protome vt no. I.

PA. RE. HV. DO. ET SIC. CO. 1631. Aquila corona-
ta expansis inter A. I. Alba Iulia. d. acinacem
gerens, f. pede lineae insitit qua super: AQVI-
LA, defuper vero septem castella in una serie.
Simplex. Cl. Schwarz p. 60. *Similis* habetur
de anno 1646. excepto: GEORG. — Schmeizel,
Tab. VI. n. XXXVII.

- 4.) GEORGIVS RAKO. D. G. PRI. TRA. Protome capite aperto.

PAR. REG. HVN. DO. ET SI. CO. 1645. B. Virgo
coronata et nimbo cincta in luna falcata, cir-
cumiecto amiculo sedens, d. sceptrum, f. Je-
fulum pomigerum nimboque insignem. Ad la-
tera: N. B. infra scutulum coronatum cum in-
signibus bipartitis Hungariae. *Simplex*. Schwarz
p. 52.

- 5.) GEORGIVS RAKOCI. D. G. PRI. TR. Protome Prin-
cipis.

PAR. REG. HVN. DO. ET. SI. CO. 1646. Effigies b.
Virginis inter N. B. cum insignibus Regni Hun-
gariae sub pedibus. Röhler T. II. n. 2274.

- 6.) GEORG. RAKO. D. G. P- TRA. Protome priori con-
similis.

PAR. REG. HVNGA. DOM. ET SIC. CO. 1647. Scutum
coronatum inter: N. B. Superius sol, aquila
dimidiata, et luna crescens: in media area di-
midium rotae: infra aquila coronata cum aci-
nace: porro VII. castella: 3, 3, 1. *Sextup!*. L.
B. de Bruckenthal.

- 7.) GEORG. RAKO. D: G. PRI. TRANS. Protome loricata capite nudo, d. sceptrum tenet, f. gladii capulum.

PAR. REG. HVN DO. ET SI. CO. 1648. B. Virgo coronata in luna bicorni inter: n. b. d. Jesulum nimbo cinctum globumque crucigerum tenentem, sin. sceptrum. Subtus scutulum coronatum cum bipartitis R. Hungariae insignibus. *Simplex Com. Feſletics.*

- 8.) GEORG. RAKOCI. D. G. PRI. TRA.

PAR. REG. HVN. DO. ET SI. CO. 1648. Idem in vtraque parte vt Num. 6. typus. *Simplex. L. B. de Bruckenthal.*

Similes sunt Georgii II. Rakoczi filii, aurei, iisdemque insignibus et inscriptione.

- * 1.) GEOR. RA. D: G: P. TR. Protome loricata capite barbato pileoque zobelino opertum, d. sceptrum, f. capulum gladii.

PAR. REG. HV. D ET SI. CO. 649. B. Virgo coronata sedens, d. Jesulum pomigerum nimboque cinctum, f. sceptrum, ad pedes luna falcata. Ad latera: n. b. infra insignia R. Hungariae bipartita in parvula coronata. *Simplex. Schwarz p. 53.*

- 2.) GEO. RA. D. G. P. TRA. Protome loricata, priori similis.

PAR. REG. HVN. DO. ET SI. CO. 1650. B. Virgo coronata sedens, d. Jesulum dextra globum tenentem, f. sceptrum, sub pedibus luna falcata. Ad latera: n. b. Infra insignia Hungariae. *Simpl. L. B. de Bruckenthal.*

- 3.) GE. RA. D. G. P. T. Similis Protome.

PAR. RE. HV. DO. ET SI. COM. 1651. Idem cum antecedente typus. *Simpl. Eiusdem.*

- 4.) GEOR. RAKO. D: G: PRI. T. Protome vt no. 1.

PAR.

PAR. REG. HVN. DOM. ET SIC. COM. 1652. Scutum coronatum bipartitum, in area I. supra sol infra aquila media expansis alis; in II. Luna cornuta, infra septem castella. In scuto medio insigne gentilitium, aquila corona acinacem d. gestans, supra rotam medium. In margine scuti hinc inde: N. B. *Nagy-Banya*. Decuplus C. *Festetics*.

- 5.) GE. RA. D. G. P. T. Protome cataphracta vt in ceteris.

PAR. REG. HVN. DO. ET SIC. COM. 1653. B. Virgo coronata in luna falcata, d. Jesulum pomigerum, s. sceptrum. A lateribus n. b. Infra parvula coronata cum insignibus Hungariae *Simpl. C. Festetics*. Similem de anno 1655. sed cum Epigr. PAR. RE. HV. DO. ET. SIC. COM. Röhler T. II. n. 275. Huic *similis* extat etiam de anno 1656.

- 6.) GEOR. RAK. D. G. PRI. TRA. Scutum coronatum duabus areis distinctum inter: n. b. in area I. fluvii Hungarici: in II. crux duplicata.

PATRONA HVNGAR. 1653. B. Maria coronata, radiisque circumfusa sedens, d. sceptrum, s. Jesulum. *Quadrans L. B. de Bruckenthal*.

- 7.) GEORG. RAKO. D. G. P. TRA. Protome more con-fuetu.

PAR. REG. HVN. DOM. ET SIC. COM. 1654. Scutum coronatum bipartitum, inter n. b. In area I. Superne sol: infra aquila dimidia. In area II. Luna bicornis, infra castella, in scuto medio insignia Rakocziana. *Septupl. L. B. de Brucken-thal*.

- 8.) GE. RA. D. G. P. T. Protome, vt supra.

PAR. REG. HV. DO. ET SI. CO. 1654. Typus con-fuetus B. Virginis sedentis inter: n. b. Infra insignia Hungariae in scutulo coronato. *Simpl. Eiusdem*.

- 9.) GEORGIVS RAKO. D. G. P. T. Protome eadem.

PAR. REG. HVN. DOM. ET SIC. COM. 1656. Scutum coronatum, vt in priore. *Simpl. Eiusdem*.

10.) GEOR. RAKO. D. G. PRI. TRA. Protome more solito.

PA. RE. HV. DO. ET SIC. CO. 1657. Aquila corona-
ta expansis alis inter: A. I. *Alba Julia* d. acina-
cem tenet, subtus *AQVILA* tandemque septem
castella in vna serie. *Aureus sexangulus. Com.
Festetics.*

11.) GEORGIVS RAKOCI D. G. PRINCEPS TRA. Effigies
cataphracta capite mitra zobelina operto, d.
clauam turcicam, s. ad capulum glaudii.

PART. REG. HVN. DO. ET SIC. CO 1657. Scutum
sub corona clausa, ouale et bipartitum. In area
I. Aquila media, supra sol radiatus; in 2. su-
pra luna falcata radiisque illustrata, infra vero
septem castella, 1, 2, 3, 2. Scutum medium
exhibit Aquilam cum acinace supra medium
rotam. In margine scuti infra: A—I. *decuplus.*
Alium quadrangularem huius anni pedentem **xi.**
Ducatos, 37. gr. possidet *III. L. B. Bruckenthal.*

12.) GEOR. RAKO. D: G: PR. TR. Effigies cataph-
racta vt n. 5.

PAR. REG. HVN. DO: ET SIG: CO: 1660. Scutum
bipartitum, ouale, pileo principali opertum.
In aerae 1. sol radiatus et aquila media; in 2.
luna bicornis radiata, et septem castella, 1, 2,
2, 2. Scutum medium exhibit insigne Rakocia-
num, aquilam mediae rotae inisistentem, ungue
acinacem tenentem. Ad latera scuti: c. v. Co-
los-Var. *Decuplus.*

57. Trium folummodo mensium in-
terludio *Franciscus Rhedai* Principatum
tenuit, aliquos tamen cum consuetis et
Rhedeianae familiae insignibus cudi fe-
cit.

* Numi albis coruis rariores et vix inspecti.

58. Frequentes sunt *Achatii Bartsai*, inter quos *decuplus*, cum inscriptione circulari: ACHATIVS BARTSAI D. G. PR. TR. PA. RE. HV. DO. SIC. COM. in area insignia Transiluaniae, et in medio scutulo, gentilitium: brachium supra cubitum telo transiectum et cubito tenus coronae innixum, manu frameam tenet. 1660. altera circulariter: SVB OPPRESSIONE RAKOCIANA REGNI TRANSILV. ET OBSIDIONE CIBINIENSI. Alia sunt propria effigie et ordinariis Principatus et familiae insignibus.

- * Ex aureis infelicis huius Principis obseruauit:
- 1.) ACHA: BAR. D. G. PR. TR. Effigies capite barbato et nudo, tunica ungarica amicta, d. tennens sceptrum.
 - PA. REG. HVN. DO. ET SL. CO: 1. 6. 5. 9. Scutum coronatum ouale et bipartitum, in area 1. Aquila media sub sole radiato, in 2. Luna radiis circumfusa, infra septem castella: 1, 2, 2, 2. In scuto medio insigne Bartschaianum: brachium cataphractum acinacem tenens, sub cubito fagitta transfixum, cubito vero coronae apertae innixum. Ad latera: c. v. Coloschyar. *Decuplus*. C. Festetics.
 - 2.) ACHA. BAR. D. G. P. TR. Protome loricata, pileo cristato, d. sceptrum, f. capulum acinacis.
 - PA. RE. HV. DO. ET SL. CO. 1659. Scutum ouale coronatum, et bipartitum. Area superior continet insignia Bartschaiana, inferior distincta: in areola 1. solem, et aquilam dimidiat, in 2. vero

vero lunam falcatam, et VII. castella: 3, 3, I.
Ad latera: c. v. (Coloschvár) *Simplex*. L. B.
de Bruckenthal.

3.) ACHA. BAR. D. G. PR. TR.

PAR: REG: HVN: DO: ET SIC: CO: 1660. Idem
in vtraque parte typus, vt no. 1. *decuplus.*
Eiusdem.

Alius similis quintuplex forma ordinaria. L. B.
de Bruckenthal.

4.) ACHATIVS BARCSAI: D: G: P: T: PA: REG: HV:
DO: SI. C: Scutum coronatum et bipartitum,
in area I. supra sol radiatus, infra aquila media;
in 2. supra luna radiata, infra septem castella:
1, 2, 2, 2. In scuto gentilitio, quod medium
est, brachium loricatum vt supra, sed telo su-
pra cubitum transiectum. Ad latera: 1—6.
6—0.

SVB. RAKOCIANA OPPRESSIONE REGNI TRANS. + In
secundo circulo: ILVANIAE. ET OBSIDIONE. CIBI-
NIENSI. In area:

D E V S
P R O V I
D E B I T.

aureus octangulus et decuplus, Com. Fefletics.

*Alius itidem decuplus forma confueta, cum siglis:
1. r. ad scuti latera. L. B. de Bruckenthal.*

5.) ACHATIVS BARCSAI D. G. P. T. PA. RE. HV. DO. SI. CO.
Idem scutum, nisi quod aquila, Comitatensium
insigne, hic coronata sit, brachiumque ab imo
fagitta transfixum. Infra a lateribus scuti:
16—60.

SVB RAKOCIANA OPPRESSIONE REGNI TRA. Inscri-
ptio circumferentialis interior: NSILVANIAE ET
OBSIDIONE. CIBINIENSI: In area:

. D E V S.
. P R O V I.
D E B I T.

octangulus et decuplus. Eiusdem.

59. *Ioannis Kemeny aurei effigie barbata, capite pileato, thorace loricato, dextra sceptrum tenente, inscript. IOH. KEMENY D. G. PRIN. TRANS. auersa parte, insignibus, in medio gentilitio; cerui palmati, seu rangiferi e corona ad medium exilientis et vtrique lateraliter solis et lunae, aquilae et septem ciuitatum, cum inscriptione: PAR. R. H. DOM. ET SIC. COMES.*

* Huius numi rarioribus adnumerandi sunt, aureos vidi:

1.) *IOAN. KEMENI D. G. PRIN. TRA.* Protome cataphracta, barbata, pileoque zebolino tecta, d. clauam turcicam, f. gladii capulum.

PAR. REG. HVN. D. ET SI. CO. 1661. Scutum ouale pileo principali opertum cum scuto medio, insigne gentilitium continente, ad cuius latera supra sol et luna radiis circumfusa; infra, aquila media septemque castella: 2, 2, 2, 1. *Simplic. C. Fesletics.* In alio simili epigraphe: IOH. KEMEN. D: G: P: TR. Auerfae: PAR. REG. HVN. DO. ET SI. CO. 1661.

2.) *IOAN: KEMENY D: G: PRI. TRA.* Protome vt no. 1.

PAR. REG. HVN. DO ET SIC. CO. 1661. Scutum coronatum et bipartitum, in area 1. supra sol radiatus, infra aliqua media; in area 2. supra luna radiata, infra septem ciuitates 1, 2, , 2. In medio scutum gentilitium. Ad latera: c. v. Colos-Var. *Decuplus C. Fesletics.*

3.) *Io. KEMENI D. G. P. T.* Protome eadem.

PAR. REG. HVN. DO. ET SI. CO. 1661. Similis vt Num. 1. Typus. *Dupl. hexagonus. L. B. de Bruckenthal.*

60. *Michaelis Apafi decupli*, quinarii, binarii et simplices, rotundi, quadraguli et sexanguli, cum effigie capite pileato, dextra sceptrum tenente: MICHAEL. APAFI D. G. PR. TR. ab altera; insigne familiae de Apa-Nagyfalu, vitis botrifera supra cassidem ense transfixam pendula; et ordinaria Provinciae, cum inscriptione: PART. H. DOM. ET SIC. COMES.

* Recensemus etiam huius Principis aureos, et si quoad maximam partem minime rari:

1.) MICHAEL. APAFI D. G. P. TR. Protome cataphracta, mento barbato, capite pileo zobolino plumisque insigni, testo, d. clauam turcicam, f. capulum gladii.

PAR. REG. HVN. D: ET SICV. CO. 1663. Scutum coronatum cum insignibus Transiluaniae, et scuto gentilitio in medio columnae imposito: Subtus Cibiniensium insigne in parvula. *Decuplus C. Fejetetics.*

2.) MIC. APAFI D. G. PR. TR. Effigies vt no. 1.

PAR. REG. HVN. D. ET SI. CO. 1663. Scutum coronatum vt no. 1. subtus enses Cibiniensium coronati, sed absque triangulo. *Sexangulus. Eiusdem.*

3.) MI. APA. D. G. PR. TRA. Protome more solito.

PAR. REG. H. D. ET SI. CO. 1664. Scutum coronatum quadripartitum: in area 1. Sol. II. Luna. III. Aquila dimidia, et IV. Septem castella: 3, 2. In scuto ovali medio Arma Apafiana. Infra insignia ciuitatis Brassouiensis, seu Coronensis inter: c. b. *Quintupl. L. B. de Brueckenthal.*

4.) MIC. APAFI. D. G. PR. TR. Protome similis.

PAR.

- PAR. REG. HVN. DO. ET SI. CO. 166. Scutum ouale coronatum, inter : A. F. (arx Fogarafsch) typus antecedenti similis. *Simplex Eiusdem.*
- 5.) MICH. APAFI D. G. PR. TR. Protome loricata , vt supra.
- PAR. REG. HVN. DOM. ET SI. CO. 1667. Simile scutum ouale coronatum inter : k. v. (Kolos-Vár) sed ordo Castellorum : 1, 2, 2, 2. *Decupl. Eiusdem.*
- 6.) MIC. APAFI. D. G. P. T.
- PAR. REG. HVN. DO. ET SI. CO. 1667. Idem in vtrahque parte typus, ordo vero castellarum : 2, 2, 2, 1. *Simplex. Eiusdem.*
- 7.) PAR. REG. HVN. DO. ET SI. CO. 1668. Idem scutum inter : A. F. *Simplex. Eiusdem.*
- 8.) MICHAEL. APAFI. D. G. PRIN. TRAN. Effigies vt supra.
- PAR. REG. HVN. DOM. ET SI. CO. 1670. Clypeus coronatus, cum scuto gentilitio in medio ; a lateribus supra sol et luna falcata, infra aquilis media et septem castella : 2, 2, 3. Hinc inde : A. F. *Arx Fogarafsch. Simpl. Eiusdem.*
- Alius decuplus, et similis de anno 1671. L. B. de Bruckenthal.*
- 9.) MI. APA. PRIN. T. Protome more solito.
- PAR. REG. H. D. ET. SI. CO. 1673. Scutum coronatum cum insignibus regni Transiluaniae , et Apafianis. In ima parte insigne Coronensium , sive corona radici imposita. *Quintupl. L. B. de Bruckenthal.*
- 10.) MIC. APAFI. D. G. PRIN. TR. Eadem effigies.
- PAR. REG. HVN. DO. ET SI. C. 1674. Scutum ouale corona opertum , in parte superiore sol et luna cornuta; inferiore aquila media septemque ciuitates , 2, 2, 1. In scuto medio insigne Apafianum. *Simplex Eiusdem.*
- 11.) Aureus insolitae magnitudinis pendens 100. Duc. in cuus medio typus aurei decupli, quem typi decem ducatorum simplicium circumdant :

Adv. MICHAEL. APAFI. D. G. PRIN. TRAN. *Protome loricata* vt supra. *Typus vero simplicium:*

Mi. APAFI. D. G. PR. T. *Protome more solito.*

Au. PAR. REG. HVN. DOM ET SIC. CO. 1674. *Scutum exsculptum pileo ducali tectum cum scuto gentilitio in medio columnae imposito, a. dextra, supra sol radiatus, infra septem castella: 2, 2, 3. a sinistra, supra luna radiata, subtus aquila media, simplicium:*

PAR. REG. HVN. DO. FT SI. C. 1674. *Scutum corona aperta, supra sol et luna; infra aquila media et septem castella: 2, 2, 2, 1. In scuto arma gentilitia.*

12.) *MIC. APAFI. DEI: G: P: Inscriptio interior literis maiusculis, exterior vero in duobus ramulis in formam corollae positis: SPLENDOR OMNES AVRVM MVNDI MIHI NVLLA VOLVPTAS QVIN PVTO PRO CHRISTO HAEC OMNIA DAMNA MEO. Effigies cingulotenus, vt in aliis, cataphracta, pileo zabolino plumisque ornato tecta, d. sceptrum, f. capulum gladii.*

PART: REG: HVNGARIAE: D. ET SI: CO: 1677. Epigraphe exterior in duobus ramis vt supra: SPES CONFISA DEO NVNVAM CONFUSA RECEDIT. FIDENTEM NESCIT DESERVISSE DEVS. Scutum gryphis ornatum, atque corona principali operatum. In margine coronae literae: C. D. H. In scuto supra: sol et luna; infra: aquila media et septem castella, 1, 3, 2, 1. Scutum gentilium in medio, seu galea ense transfixa, vieti imposta, cuius duo palmites botriferi supra galeam. Subtus in parvula literae: A: F: (Arx Fogarasch) et tres pisces. Aureus inslitiae magnitudinis Cimelii Caesar. conf. Neueröfn. Münzkabinet. T. I. Tab. XXXIX.

13.) *MIC. APAFI. D. G. P. T. Protome vt alias.*

PAR. REG. HVN. D. ET SI. CO. 1677. Scutum ovale coronatum cum insignibus Transiluanicis, et gentilitiis in medio. Infra in scutulo: A. L. Decupl. hexagonus. L. B. de Bruckenthal.

14.)

- 14.) MIC. APAFI. D. G. P. TR. Effigies more solito.
PAR. REG. HVNG: DO: & SI: CO: 1678. Scutum cum insignibus Transiluaniae et gentilitio, infra: A. F. *Simplex*.
- 15.) MIC. APAFI. D. G. PR. T. Protome similis.
PAR. REG. HVNG. DO. & SICV. COMES. 1681. Simile, vt 1678. Scutum cum Siglis: A. F. *Simplex*. L. B. de Bruckenthal.
- 16.) MIC. APAFI. D. G. PRI. T. Eadem protome.
PAR. REG. HVNG. DO. & SIC. COMES. 1682. Idem typus cum figlis: A. F. *Simplex*. *Eiusdem*.
- 17.) MICHAEL. APAFI. DEI GRATIA PRINC. TRANS. Effigies vt supra.
PAR. REG. HVNGARIAE. DO. ET SI. CO. 1683. Scutum ouale coronatum, in quo supra, sol radiatus et luna falcata radiis illustrata, infra: aquila media et septem castella: 2, 3, 2. In medio scutum gentilitium columnae impositum. Subtus in parvula: A. I. (Alba Iulia) *Decuplus*. Alius *similis* de anno 1689. cum figlis: A. F. (Arx Fogarasch) sexangulus eiusdem pondersis. Com. *Festetics*.
- 18.) MIC. APAFI. D. G. P. TRAN.
PAR. REG. HVNGA. DO. & SI. CO. 1684. Typus vt anni 1682. qui in duobus etiam sequentibus occurrit. *Simplex*. L. B. de Bruckenthal.
- 19.) MIC. APAFI. D. G. P. ERA.
PAR. REG. HVNGA. DO. & SICV. CO. 1684. *Simplex*. *Eiusdem*.
- 20.) MIC. APAFI. D. G. P. TR.
PAR. REG. HVNGA. DO. & SICVLO. COM. 1685. *Simplex* *Eiusdem*.
- 21.) MICHAEL. APAFI. DEI. GRATIA. [PRINC. TRANS. Protome more solito.
PAR. REG. HVNGARIAE. DO. ET SI. COM. 1686. Scutum ouale coronatum cum insignibus Transiluaniae, et gentilitio. Infra: A. I. *Sextuplohexagonus*. *Eiusdem*.
- 22.) MIC. APAFI. D. G. P. TRAN. Protome similis.

PAR. REG. HVNGA. D. & SICV. CO. 1687. Idem scutum infra. A. F. *Simpl.* *Eiusdem.*

Alius similis de anno 1688. forma solita. Alius item hexagonus. *Eiusdem.*

23.) MICH. APAFI D. G. P. TRAN. Protome solita.

PAR. REG. HVNGA. DO. & SICVLOR. COM. 1689. Idem cum antecedente typus. *Eiusdem.*

61. Aureorum, qui erepta barbarae seruituti Ottomanicae, et Christiano Augustae Domus Austriacae dominatui, vindicata potentibus armis Dacia, sub Diuo *Leopoldo Magno*, signari ceperunt: vna pars exhibit Augustissimi gloriose reminiscentiae *Leopoldi* effigiem thorace tenus, aliqui paludatam stantem et lorica indutam, cum inscriptione: LEOPOL. D. G. ROM. I. S. A. G. H. B. R. altera insigne Imperatorium, *Aquilam bicipitem expansis alis*, in cuius pectore insignia Transiluanica cum inscriptione circulari: DVCATVS NOVVS TRANSIL. infra: C. V. Colos-Var, locus cusionis.

Iisdem sub Augustissimo et longiori vita dignissimo Caesare *Josepho I.* fel. record. Effigie, forma et inscriptiōnibus.

62. In censum non veniunt, quos umbratilis Princeps *Emericus Thökölyi* ad Christianam Insulam (Grossau) sub tentorio sua effigie , gentilitiis et Transiluanicis insignibus ac titulis Anno 1690. Nec quos ciuilium motuum nuper Praefides cum insignibus Rakocianis , ac Principatus, et inscriptione ab una : **MONETA NOVA AVREA TRANSILV.**

63. Et ab altera , supra palmam frondosam ex septem collibus surgentem : **TANDEM OPPRESSA RESURGET.** 1705. cudi fecerunt.

* Attamen beue monuit Cl. Schwarzius l. c. pag. 29. In collectione numismatica non refert , legitime an illegitime principatum aliquis gesserit , iusque monetas confandi recte sibi arrogauerit , an minus ? Inferam igitur etiam *Thökölii aureum simplicem* , quem indicat auctor , eumque rarissimum :
EME. THÖKÖLL. D: G: P. T. Protoine cataphracta mento barbatulo , capite mitra vnonibus insigni , operto , d. ficeptrum , f. gladii capulum.

PAR. REG : HVNGA: D: & SICVLO: CO: 1690. Scutum quadripartitum , cuius ad vtrumque latus supra sol et luna ; infra aquila media septemque castella , 1, 3, 2, 1. In area 1. et iv. Leo coronatus erectus , vtroque pede anteriore coronam ferens ; in 1. et 3. Leopardus erectus acinacem vibrans. In scutulo medio aquila biceps explicatis alis et pedibus , in vtroque vertice coronata. Scutum maius duae exornant galeae , in dextra idem leo cum

cum corona, in sinistra idem Leopardus cum gladio. *Excell. L. B. de Brukenthal.*

Francisci Rakocii sunt :

- 1.) FRANCISCUS II. D: G: TRANSYL: PRIN: RAKOCZI.
DVX. CONFOE. R: STAT. (Confoederatorum
Regni statuum) Caput eius nudum. Subtus:
D. WAROV. F.ecit.

DIMIDIUM. FACTI. QVI. BENE. COEPIT. HABET.
Trés figurae muliebres, quarum duae stantes.
Quae a dextris dextra gladium inuersum cum
bilance tenet, sinistra manu alligata dextrae
alterius mulieris, quae sinistra porrecta auicu-
lam alas vibrantem tenet. Ad pedes huius,
figura ingeniculata compedes eius soluit. Co-
ram genua liber cūm inscriptione: *Leges Patr.*
Infra in segmento:

OPERE. LIB.ERTATIS INCHOATO.

ANNO. MDCCIII.

XIV. IVNII.

- 2.) MONETA NOVA AVREA TRANS. Scutum ouale
corona clausa opertum in tres areas distinctum,
in area superiore aquila media expansis alis,
in media sol et luna falcata. in inferiori se-
ptem castella: 4, 3. In scuto medio insigne
Rakocianum, Aquila gladium gestans in rota
media.

TANDEM OPPRESSA RESVRGET. Palma arbor ex
septem (quatuor Schmeichel, Tab. viii. n. l.)
collibus surgens, ad utrumque latus: k. v. Co-
los-Var et infra: 17—05. Simplex.

- 3.) Addimus numisma AntiRakocianum insignis e-
legantiae, ex argento unciale, ex auro diuersi
ponderis, a Georgio Schüler monetario, olim
autifabro Cibiniensi, Cibinii cusum:

VERA S LVs PATRIAE SPONDET VR AB ARBO IS
VM BRA. SVB QVA PAX, REQVIES IPSA, SECV-
RA VIRENT. (17.0.) Regio Transilvaniae pa uiae
sub

sub tegmine arboris cum praecipuis suis vrbi-
bus, castris et fluuiis. A dextra arboris vrbs
cum nota: b. *Bjstricum*; iuxta fluuus Szamosch;
alia cum lit. s. *Schaesburgum*. alia: CLAVDIOP.
alia cum lit. m. *Media* praeterlabente flumine
Kukullö, tandem arx **DEVA**. A sinistra parte:
Cibinium ad fluuium eiusdem nominis, cum
figis cib. supra arx Fogarasch: **FOG.** cum Alu-
ta flumine, porro **Corona: COR.** infra, **Alba**
Iulia ALBA IVL. In segmento inter duas li-
neas **INCOLIS NOBILE PRAESIDIVM.** (1710.)
Subtus in lemnisco pensili: **MANET HINC PRO-**
TECTO REGNI. Ad marginem: **G. SCHYLER.**
literis minusculis.

Av. PERFLDA CEDE TRIAS PROPRIVS CADAT
IGNIS AB ARA + MARTI IVRE PLO DISCE SA-
CRARE TRIAS. Miles caesareus cataphraetus,
leua scutum aquila Caesarea insignitum, gestans,
gladio, quem dextra gerit, ignem in ara ac-
censum destruit, hinc tres figurae muliebres ti-
more perterritae elatis manibus terga dant. In
segmento: **DE INIMICIS VICTOR.** duabus li-
neis inclusum, subtus in lemnisco: **INDE PA-**
VOR PATRIAE atque ad marginem: G. S. (Ge-
org-Schuler.) — Numisma oppolitum Rakociano argenteo de anno 1705. cuius typus:
Tres figurae muliebres velatae et laureatae ad
aram ignitam ligna conferentes, cum epigraphe:
CONCVRRVNT VT ALANT, et subscriptione: **CON-**
CORDIAE. RELIGIONVM. ANIMATA LIBERTATE. A.
M. D. CC. V. IN. CON. SZECH.

64. Exequiale est, quod familia Ban-
fiana cudi fecit, cuius ab vna supra
culcitam globus cum cruce (signum re-
giminis) inclinata, vtrinque duo gry-
phes fractis frameis stant, (insignia fa-

miliae) circumfatis cupressis a vento a-
ctis , cum inscript. ET GRYPHES
TEGIT VMBRA CVPRESSI. infra
in mari fluctibus agitato , nauis sine ve-
lis , cum inscriptione : IACTAMVR
IN ALTVM. Ex aduerso collatera-
liter S. K. D. K. nomen inuentoris ;
(*Samuel Kölesjeri de Keres-er*) ab al-
tera inscriptio arealis :

NOVIS
SIMIS HONORIB₉
GEORGII COM: BANFI
DE LOSONCZ: TRANSY: SVB
AVGG: ROM: IMPP: LEOP: ET IOS:
XVII. AN. GVB. REGII. EIVSDEMQv.
CONIVG: PIENT: CLARAE. COM.
DE BETHLEN. POSTQVAM. VIX.
ILLE. AN XLVIII. HAEC. XXXIX.
DVRANTE CALAMITOSO POPV
LAR: BELLO. MORT: ET
CLAVD: CONTVM: FIL:
FILIAEQv. AE: GR: E:
AN: D: MDCCIX.
F. F.

* Ita in numo depicto ; sed Kölescherius hocce modo : *Nouissimis honoribus Georg. Com. Banfi de Losoncz Transiluaniae sub Augg. Rom. Impp. Leop. et Ioseph. XVII. Ann. Gubern. Regii. Eiusdemque Coniug. Pient. Clarae Comitissae de Bethlen , postquam vixit ille A. Aet. XLVIII. haec XXXII. du- rante*

rante calamitoso populari bello mort. et Claud. contumul. Fili i Filiaque aetern. gratitud. ergo. A. D. M. DCC. IX. F. F.

65. Pro memoriali Familiae cusi erant nuper decupli, quincupli aurei Principis Valachiae, qui ab vna effigiem, pro more gentis capite mitra pretiosa tecto, de humeris clamide pendente ornatam, cum inscriptione circulari: **CONSTANTINVS BASSARABA DE BRANCOVAN.** ab altera insigne Valachiae, quo Princeps in expeditionibus politicis (in ecclesiasticis enim alio, Constantini scilicet, et Helenae in medio crucem tenentibus.) vtuntur. Sub mitra principali, in scuto coruum vibratis alis, rostro crucem simplicem tenentem, supra truncum arboris ramum stantem, ad latera superne solem et lunam, cum inscriptione circulari: **D. G. VAIVODA ET PRINCEPS VALACHIAE TRANSALPINAE.** exhibit. Infaustum hoc numisma familiae Brancouanae parentat, posteaquam Princeps cum suis in holocaustum barbarae tyrannidis concefflit.

* Numi diuersi moduli inusitatique ponderis, ex auro et argento in Hollandia cusi.

66. At sub moderno Piissimi Imperatoris *Caroli VI.* regimine , florente metallurgia, numerosi cuduntur aurei, quorum hoc quam maxime pretium auget, quod Indulgentissimus Imperator, se *Principem Transiluaniae*, appellari et in aureis signari permittat. Exhibit Imperatorem effigie Maiestatis plena, cum inscriptione: CAROLVS. VI. D. G. R. I. S. A. GER. HISP. HVN. BOH. REX. auersa parte , bicipitis aquilae sceptrum et enssem erectis pedibus tenentis, alis expansis et ore hiante, Imperialia et in pectore Transiluaniae insignia cum inscriptione: ARCHIDVX AVST. DVX BVR. PRINCEPS TRANSILVANIAE. Cuius fastigium augeat Oriens et Occidens , glorias cumulent parti ex vtroque triumphi ; veneretur septentrio, sentiat Auster , et in fideli obsequio quod supra XXXX. datur , multiplicata , soluat vota , deuotissima Maiestati haereditas Dacica.

67. Monetaria Transiluanica sub cura Regalium Caes. Administratoris , in maioris moduli numismatibus ab vna : Insignia Steinuilliana , crucem in scuto, cum inscriptione : IN VIRTUTE TVA. Ab altera: septem montes , singulorum apices

apices planetarum characteristicis, ad latera et hinc inde cuniculis et puteis metallifosforiis, notatos, cum declivi planicie et inscriptione: RESTAVRA-BVNTVR. repraesentat.

Cassis craticulata supra galeam cruce Steinuilliana cum inscriptione: DECVS IN ARMIS. ab altera: Ensis erecta ramo soleae conuoluta, cum inscript. VTROQVE CLARESCERE PVL-CHRVM. Dicata ambo Excellentissimo Armorum Caess. Praefecto in Transilvania et Rei Metallicae Patrono.*

* Ipse Comes *Steinuille* Sabesi, vbi plerumque latuit, officinam fusoriam habebat, atque lapides auriferos saepe in plateis viisque publicis legebat. Dixisse fertur: Coloni Transilvani nonnunquam lapide vaccam peterent, qui ipsa vacca carior esset. Obiit Deuae d. 21. Oct. 1720. inde Cibinium deductus, tandem d. 12. Nov. in Monasterio Familiae D. Francisci sepultus est.

Effigies Caesaris Augusti *Caroli VI.*
Inferius: COR DOMVS AVSTRIAE;
superne ex nubibus prouidentia ex Cor-
nucopiae mittit coronas, sceptrum et
poma imperialia cum inscriptione: HIS
NVLLVM CAPVT APTIOR VNO.
Ab altera: ad portum plenis vellis
ap.

appellentem nauim, praeuolat fama tubam inflans, cuius peristroma pendens ornatur literis numeralibus: C. VI. cum inscriptione: INGREDIOR FAVSTO SVB SYDERE PORTVM. dum Barcellona Genuam appelleret, alludens.

Effossis vallis fortalitii *Abba Iuliacensis* antehac, *Carolinensis* nunc; dum propugnaculo a Carolo dicto, primus lapis angularis festo *Carolii Boromai* poneretur, numisma aureum *maioris* et *medii moduli* cufum est, cuius ab una, repraesentatur Fortalitium heptagonum, supra hoc, aquila protensis alis eleuata fortalitium obumbrans, cum inscriptione: TVTISSIONA QVIES; subtus ostenditur bifidus canalis ducendis fluuiorum Maros et Apuli ramis; ab altera duo disticha arealiter:

LVCE SACRA CAROLI SIMILES ALBA ACCIPIT
ORTVS:

IN SOLIDA PRIMVS PONITVR ARCE LAPIS,
IVLIA NATA FVI, CAROLVS VIM ROBVR ET
AVXIT:

IVLIA SIN LIBEAT, NVNC CAROLINA VOCER.

Infra septem castrorum, seu urbium simulacra.

* in

* In maioribus occurrunt in segmento anticae siglae: e: i: n. Aquila pede dextro flabellum, ut videtur, gerit. Extant etiam in argento.

Pallas galeata et loricata, sinistra lanceam, dextra ad pedes scutum cum insigni crucis tenens, ad montes metallicos stat, cum inscriptione sub pedibus:

MINERA CVRII OLIS NEQ. TVRNI
MOX. ALBAE. COEPTI. CAVSA.
LABORIS. ERAT.
G. H.

Circumferentialiter: ST.C.A.STAINVILLE. S: C: M: CONS: BELL: EQVIT: GEN: CATAPHR: COL: ET GEN: COMM: IN TRANSILVA. Ab altera: Fortalitium Carolinense cum bifido canali; inferne:

CONDITVR ALBA. CAPVT. REGNI. QVAE.
IVLIA
QVONDAM A. STAINVILL. LAPIS. EST QVI
DACCICA. RVDERA. DEVAE. RESTAVRarE.
PARAT. DE QVO CSICK. SEREDA.
PLAVDET.

Supra semicirculariter: ANNO qVo.
GENERALIS. ERAT. COMENDANS. IN
TRANSILVANIA. Dum.

Dumque melioris Europae et fidelium subditorum solatio faustum Natalem Serenissimi Archiducis Leopoldi Primogeniti Augustissimi, Principis Iuuentutis Christiani orbis, publica hilaritas Dacie celebraret, prodiit numisma, cuius ab una parte ostenditur annulus, cui ornatus et pretium absente gemma et eius theca vacua, deest, simulacrum angeli infantulum fasciatum imponendum praesentat, cum circulari inscriptione: **GEMMAM QVAE DERAT TANDEM OSTENDIT OLYMPVS.** Ab altera stant septem Pyramides, planetarum, siue metallorum simulacris characteristicis desuper insigniti; inter sex Pyramides e regione septimi, quae solis est: Infantulus in cunis, cum inscriptione:

CAESAREAE SOBOLI SEPTEM SV A DONA PLANETA E SVBSTERN VNT.

E nubibus fulgurans tonitru prosternit exercitum Turicum, cum inscriptione: **NON SINE STRAGE VENIT.** Ab altera: Porta occlusa superne lunae corniculatae insigni nota, e diametro e nubibus manusensem ramo laurino circumvolutum feramento apice impactum, cum inscriptione

ptione superna : VICTORE EVGE-
NIO CEDITE TEMESII. Sub por-
ta inferne alludendo ad ensim : HAEC
CLAVIS RESERARE VALET.

68. Figura numismatica authoris ,
quam liber praesens p[re]se fert, repre-
sentat Imperatorem paludatum seden-
tem, scipionem regiminis vna , altera
sceptrum benigne protendentem, a re-
tro Victoria gradua sertum laurinum
capiti imponit , cum inscriptione : OP-
TIMO PRINCIPI RESTITUTORI
DACIAE. Auerfa parte : Dacia
muliebri habitu supra septem ciuitates
sedens , vna manu cornucopiae, altera
bilancem tenet, per tres genios , sta-
tus totidem indicantes , scutellam ,
cui cor impositum et ex eo solem
orientem radiatum, auri insigne , of-
fert cum inscriptione: DONVM PAR
VOTIS. Infra iacent incus, malleus et
rastrum, laboris in aurariis instrumenta.

Haec sunt praecipua Daciae moder-
nae aurea numismata , quae tam mo-
netariae illustrandae , quam Historiae
Dacicae , elegantissimo hodiernorum a
Numismatibus instituto , texendae ,
speciminis loco , hac vice sufficiant.

P CA-

C A P V T IV.

Constitutiones Prouinciales de Re Metallica et Monetaria recenset.

I.

Maiestas et Regalia indiuiduo nexu vnum sunt, Iuraque Principum tuentes, quae tam eminentis potestatis, quam conseruationis publici, propriique vtilis causa exercere solis competit omni iure Imperantibus.

Dominii eminentis sequela est ius Territoriale, sic Iuris Territorialis annexum est Ius Fodinale cuiuscunque metalli, auri cum primis, argenti, mercurii viui, nec non minerarum salis, sulphuris et nitri; quae licet in priuatorum fundis reperiantur; omnis tamen praerogatiua, et omne ius in et circa illa, ad Regalia Principis pertineat, ac in ipsius arbitrio sit, vsum fructum in totum, vel ex parte priuato permittere, vel sibi retinere. Et hodie vulgari nomine Fiscalitates vocantur. *Vid. Approb. Conſt. Part. II. Tit. IX. Paragr. 1. 2.*

Com-

2. Communicatur hoc regale Dominis terrefribus , vel Communitatibus iure Feudi , vel erga certum canonem ab eminenti potestate praescriptum ; vt quantum Principes de hoc iure cedunt , tantundem iuris , sed ministerialis , se habere agnoscant.

Nobiles enim et Communitates planetaria luce gaudent , et omnem potestatem a Principis potestate mutuantur. Ipsa conditionum , quibus Maiestas saepe septa est , obseruatio , non est iuris eminentis cessio ; sed tantummodo boni publici tutela. Nec stricto suo iure Principes semper utuntur ; sed territoriale ius in occupatione fodinarum , ad priuatos pertinentium , redemtione per aequiualeens , mitigant.

Vt Nobilium Communitatumque Iura sint tantum Feuda , et possessiones , feudales. Siquidem de iure Principis est , Nobili et Nobilitatis praerogatiuam , et bonorum immobilium dominium ex condicte fidelitatis promissae largiri ; sed et per vrburarum , decimarum , aut certarum portionum , quae in fodinis *Kukus* , appellantur , solutionem , vt et

praeemptionem, Vorkauf, memoriam Dominii eminentis recolere. Et exinde, fidelitate violata, amissionis omnium bonorum poenam, de iis sumere.

Instituto Collegio Aurariarum in Dacia, Romani non tantum Rei Metallicae fodinalis et lotoriae procurandae, sed et census cogendi caussa, designatis officiis, se summos fundi dominos esse, declararunt. Eadem iuris constitutio ad quorumlibet Principum dominia, deriuata est. In Imperio quidem Romano-Germanico, adulos Principes Electores Ius fodinale per A. B. *Capit. IX.* restrictum erat, nunc ad omnes, qui iura territoriorum habent, aequaliter spectat. *Carpzov. Const. 53. Def. 2.* Sic etiam ex fluuiis, uti ex Reno legere aurum, quod *Goldwaschen*, vocatur, pro iure speciali habet Elector Palatinus; ex Edera Hassiacus Princeps.

Varia inde statuta, varias consuetudines in leges transeuntes, modo laxiori, modo strictiori sanctione, condi ab iis placuit.

Nobis

Nobis Dacicas folummodo attigisse scopus est, et quidem nouissimorum sub Principibus temporum; vt appareat: an iuris Regii cura, an beneficii in Prouinciam ex cultura fodinali, notitia, Romanorum partim, partim cultioris Europae praxi, animos eorum inceserit.

3. Primum equidem iuxta eorundem tenorem, dominis terrestribus, fundorumque proprietariis possessoribus, in propriis fundis fodinas, aperiendi libertas publice fancita; *vid. Approbatarum Constitutionum Par. II. Tit. IX. §. 1.*
 „ Auri, Argenti, Cupri sulphurisque „ fodinas vnicuique, cui facultas, et „ fundus suppetit, aperire et colere li- „ citum esto. „ Item *Compilatarum Constitutionum Part. 3. Tit. IX. §. 1.* „ Metalli fodinarum in propriis fundis, „ seu territoriis cultura, libera esto. „

4. Imo et aliis quibuscumque, etiam peregrinis, in fundo Nobilis cuiuscunque metallica tractare publico salui conductus roboramento permittitur. *Approb. Const. Part. II. Tit. IX. ad finem Articuli: „ Non solum incolis pro-*

„ uincialibus , sed etiam peregrinis
 „ cuiuscunque nationis , praesentium
 „ vigore fides sit, tam de securitate
 „ ingressus in Prouinciam , quam de
 „ libera fodinas colendi, vel nouas a-
 „ periendi facultate. Et hi , vt nec
 „ in persona , neque in bonis aresten-
 „ tur , aut ulla illegalitate iniuriati ,
 „ damnificantur , cauetur .,, Ita tamen,
 ne insalutato fundi domino , et cum eius
 iniuria ac damno , labori manum ad-
 moueant ; sed „ prius de fundo con-
 „ueniatur , ac iuxta factam conuen-
 „ tionem , eidem satisfactio praestetur ,
Loco praecitato.

5. De prouentu autem fodinali taliter cautum est: „ Tam Dominus fun-
 „ di , quam metallarii iuramento ad-
 „ stricti fint , ad decimas sui prouen-
 „ tus fideliter in aerarium administran-
 „ das ; si vero fraudulenter egisse com-
 „ perti fuerint , primo poena floreno-
 „ rum Hung. 500. secundo dupli , tri-
 „ pli &c. puniantur .,, *Ibidem.* „ Si-
 „ ue per proprios subditos , siue per
 „ seruos aurum in proprio fundo quae-
 „ rere licitum esto ; Decimas tamen
 „ inuenti , in aerarium administret ,
 „ re-

„ reliquum retinere sibi liberum esto;
 „ sed si vendere voluerit, Auri Cam-
 „ psori, vel in Domo Monetaria ven-
 „ dere teneatur. „ *Part. II. Tit. XVI.*
Art. IV.

EX auro in alienis fundis, erga con-
 uentionem cum fundi Domino, inuento,
 decimae fisco non dantur; sed totum
 et omne Campsori vel in Domum Mo-
 netariam administratur. *Ibidem* „ Au-
 „ rum in fluuiis, riuis, locis montofisis,
 „ arenofisis et limofisis, indifferenter om-
 „ nibus, Valachis, Zingaris et quibus-
 „ cunque inquiliinis liberum est. „ *Ibi-*
dem. Sed cum hac praecautione, vt;
 „ Aurum vel in fundo fiscali, vel in
 „ locis publicis, aut penes fluuios quae-
 „ situm, erga Campsionis pretium Fi-
 „ sco cedat. „ *Ibidem.*

6. Loco urburarum seu decimarum
 sunt annui census 400. Pifetorum,
 quae Abrudbánya cum vicinis pagis
 dare tenetur.

Extra Campsionem fiscalem nemini
 aurum vendere, vel emere licet sub
 poena flor. 200. et solutionis rei ven-
 ditae,

ditae , aut amissionis corporis delicti.
Ibidem.

7. *Eductio etiam auri ex Prouincia interdicta App. Con. P. I. Tit. XVI.*
Art. I. „ Aurum quod in labore, sci-
„ licet , aurifabri , non fuit , h. e.
„ quod tantum in puluere , aut Mer-
„ curio ligatum , vel etiam cementa-
„ tum fuit , e Prouincia euehere ne-
„ mo attentet ; quod si deprehensus
„ fuerit , corpus delicti Fisco cedat ,
„ et reus 200. Flor. poena mulctetur ,
„ absque vltiori iuridico processu.
„ Quod si autem corpus delicti non
„ deprehensum quidem , sed post cer-
„ tis documentis innotuerit , vel cor-
„ pus delicti restituatur , vel aequiuia-
„ lens pretium cum mulcta flor. 200.
„ pendatur. „ *Loco citato.*

8. *Campionis pretium variat , tem-
poris , valoris extrinseci aurei et ne-
cessitatum publicarum ratione.* Arti-
culare tamen vnius Pifeti ; seu 48. par-
tis vnius Marcae campforiae in pulue-
re fl. 1. denar. 80. ligati 2. fl. 20.
denar. coementati pondere vnius du-
cati 3. flor. Vide *Appr. Conflit. P.*
II. Tit. XVI. Art. IV.

9. Decimas Augustissimus beatae reminiscentiae *Leopoldus* remisit, pretium autem campionis auxit, vt auri piseum in puluere per *tres* florenos, amalgamate mercuriali ligatum autem per *3.* flor. *30.* den. hungaricales; virgineum per *quatuor*, leguleis soluatur, vt hoc clementiae argumento a clanculariis auri distractionibus, auri fures in meliorem frugem reducerentur. Quibus et per iura consuetudinaria, ac articularia capitalis poena dictatur, nisi gratia Principis acceperit; et Ius Regale susque deque habitum, vindicaretur.

Quod ad constitutiones Metallicas, immunitatumque praetensas praerogatiwas, praeter securitatem publicam ac vnam vel alteram speciali decreto roboratam Abrudbányensium exemptionem, Metallicis non videtur esse prouisum. Ipsi Abrudbányenses consuetudinariis iuribus ac legibus vtuntur, illis enim ordinibus ac libertatibus, quibus per Caesareo-Regios Commissarios ante centum annos, *Paulum de Krausenek*, et *Carolum Imhoff de Mallenspach*, muniti diplomatice fuerunt, diu gauisi non sunt, variaque sub conditione tractati manserunt.

10. Soli Zalaknenses peregrini metallarii, speciali Principum indultu, immunitatibus praerogatiuisque metallicis, iuxta tenorem Caesarearum in Hungaria, et Electoris Saxoniae ordinationum canonumque metallicorum donati et inter cetera: quod separatum ab aliis incolis etiam metallica tractantibus habeant corpus, cui annuatim e medio ipsorum Magister praeficiatur; separatam item aulam, in qua Officiales primarii et subalterni resideant; libertatem oenopolii temporibus certis definitam; praeemptionis praerogatiuam in foris hebdomadalibus, immunitatem a publicis contributionibus, oneribus prouincialibus et militaribus; licentiam metallica tractandi in fundis tam fiscalibus, quam (iuxta superiores cautelas, praescriptumque Patriae legum) nobilitaribus. Et pro coronide, quod posteri eorum nullo sub praetextu, feruituti Jobbagionali a potentioribus obnoxii reddantur. &c.

11. Ius cudendi Monetam, cumpromis auream, esse summum Imperantium Regale, iam supra monuimus, propterea et Constantinus Magnus mo-
ne-

netam, *res suas*, dixit et *Sacra Augg.* Inter recentiores. Ius monetae *Cromwellius* sagacissime expressit in memorabilibus numis a se cisis, quos non tantum imagine et nomine suo ac insignibus Reipublicae Anglicanae instruxit: sed praeterea limbo exteriori inscribi curauit haec verba: HAS. NISI. PERITVRVS. MIHI. ADIMAT. NE-MO. Duplici sensu ita indicaturus, et ius suum a nemine sibi adimendum, et literas istas in imminutionem monetae, a nemine nisi perituro auferri debere. *

* Per verbum: HAS. indigitavit potius tres Angliae, Scotiae Hyberniaeque coronas, vni lateri istius numi vncialis impressas.

Carolus II. Angliae restitutus, itidem limbo exteriori inscribi iussit: DECUS ET TUTAMEN, in indicium: Et monetam Regni et Regis decus esse, et literas ibidem expositas, monetae decus esse; et monetam tutamen Regis ac Regni esse, et litteras istas tutamen monetae esse, ne quid inde tolli possit. *Ioh. Christ. Beccan. in Paral. Politie.*

Ius cudendae Monetae defertur aliquando in inferiores, et subditis, prout a Romanis Municipibus et Colonis olim, concreditur.

Partiuntur Imperatores hoc ius, dum Principibus, Vasallis, Episcopis, Comitibus et Ciuitatibus indulgent, quod ideo non Regale ipsorum dici debet, quia id conferentis est; verum mutuata potestas. Nec cuiquam aliter conceditur, quam ut leges Edicti monetarii obseruet, nec eo abutatur ad turpem quaestum &c.

12. Inuolatur in hoc ius per nefarios auri fures, monetae clandestinos cufores, vel bonae rasores. Adulterare monetam crimen est falsi. Quatenus priuatus sibi sumit potestatem cudendi, quae nemini nisi Imperatori, vel cui is concedit, competit; ita ut, licet in iusta proportione cuderet, quia non cum consensu imperantis, nec in loco publico consueto, aut authoritate munitus, cudat, committit crimen laesae Maiestatis. Ideo adulteratores, vel cufores monetae, utriusque criminis rei fiunt, et iuxta *Ord. Crim. Carol.*

rol. Art. III. viui comburuntur. Hic vero, crimen laesae Maiestatis supplicio capitis et amissione omnium bonorum, punitur.

Exprimit mentem *Constitut. Imperial. Approbatarum Trans. Constit. Part. III. Tit. LV. Articulus I.* „ Monetam auream et argenteam, absque consensu statuum et Principis cudere nemo attentet. Et si cui libertas cudendi concederetur; non nisi sub insignibus Regni et Principis, nec non titulo ac imagine, in puritate determinata cudant. Delinquens Nobilis, vel Ciuis in notam perpetuae infidelitatis incurrit; rustici vita erit in beneplacito Principis, manus tamen dextra amputetur. „

13. Plura forte adhuc de Oeconomiae Aurariarum Dacicarum incrementis signanda forent; nisi Maiestatis veneratio et intimior tenuitatis meae sensus, iis committendum iuberet; qui quam optimae discernere norunt, quod solius oculatissimae Maiestatis sit, prouidentissimo oculo praeuidere, qui Iura Regalium cum salute populi aptissime continentur et dilatentur, pronidere.

CA-

CAPVT V.

*Originem, Generationem et Proprietates
auri demonstrat.*

Manualem metallariorum peritiam testigimus: nunc scientiam, quae lumine mentem implet tanto euidentius, quanto vberiori sensuum succolatur testimonio, e principiis mechanicis quaeramus oportet.

1. Luculentius id vt constet, nostrae cognitionis ordinem facilitabit in antecessum sequentia praenotasse supposita, quin ea, tam diu pro veris assumpsisse, quam diu euentus et phaenomena iis apprime quadrare compertum habuerimus. Diuinae Entis perfectissimi omnipotentiae, cuius solo nutu, cuncta producta esse credimus, ne tantillum praeiudicantes, vbi solius nostri intellectus terminos provehere satagimus.

2. Primo equidem, vniuersam mundi materiam ex tribus corporum generibus constare; ex *subtilissimis* et *velocissime* motis; ex *globulosis*, et ex *stria-tis*,

tis, seu crassioribus affulatis ab angulis corporum antequam ad Sphaericam tornata essent figuram, infinita varietate, primaeva motus determinatione abrasis.

Triplex hoc materiae genus, indito primo motu, qui in continuo nonnisi *circularis*, vel *ellipticus* esse potuit, in infinitos abiisse *vortices*, seu circumgyrationes, in quibus ob figurarum inter se mutuo aptitudinem et conuenientiam, motusque similitudinem, peculiaria occupasse loca.

In eodem statu motus, situs partium et figurarum, consistentes *vortices*, totidem quasi *soles* effecisse. Sed ubi v-nus ab alio abreptus est, generatos *Planetas*, seu corpora solida, ex crustis materiae tertii generis, subtilissime et velocissime agitatae centrali, inductis genita, ac globulosas lumen solis constituentes, repercutientia.

3. Ex Planetarum numero *terram* nostram, quam incolimus esse, rationibus et physicis et mathematicis et experimentalibus, siquidem demonstretur, eiusdem quoque generationem ceteris communem fuisse supponimus.

4. Et corpus terrae triplici regione constare, cuius *primam*, seu centralem, (ad rotunditatem enim supposito generationis modo, corpora planetarum, vti et terrae accedunt) occupat materia illa subtilissima, ignis scilicet, solari, non multum absimilis, nisi quod non tam pura et defaecata prouti illa est, omnium productorum et iuxta eorundem genera, omnis actiuitatis, fixitatis et cohaerentiae causa primaria. *Secundam*, materia quaedam macularum solis instar densa, opaca, ex particulis minutis, sed arête sibi inuicem iunctis, et nonnisi materiae subtilissimae liberum transitum praebentibus constans, actioni luminis, seu globulis secundi elementi imperuia. *Tertiam* constituit magna congeries particularum striatarum, assulatarum et pentagonarum, multum materiae coelestis circa se habentium, in quarum magnitudine, soliditate, porositate, flexibilitate, rigiditate, figuraione, ad motum habilitate, vel vi resistendi, nec non situ et nexu infinita est varietas, ex quibus infinita pariter corporum simplicium oritur differentia, species et modificatio.

5. Tertia haec regio rudimentum dedit *Aeris, Aquae et Terrae*. Sunt quippe tales particulæ, quæ facile aliis adhaerescunt, quod fit propter scabritatem asperitatemque, vt et propter partium quarundam eminentiam, quales ad ramosas reducuntur; vel habent figuræ ineptas adhaesioni, et tamen praecedentibus magis solidæ sunt, vt sunt rudera angulosa, vel denique cum hisce in difficulti adhaesione conueniunt, sed habent figuræ quasdam minus solidas et magis regulares, quales sunt bacilli, qui tertium genus constituunt.

Hisce a se mutuo separatis, in interiori terra, prouti in Schemate Philosophi videre est, tres *succi primigenii* orti sunt; constantes particulis teretibus quidem et leuibus, quæ licet ob grauitatem suam sibi mutuo incumbant, facile tamen a globulis secundi elementi agitari, et in minutissima diuidi possunt, aliis planis et rigidis, sed flexibilibus gladiolorum instar acutis, pungentibus et scindentibus; aliis mollibus, flexibilibus ramulorum arboris instar, corporibus terrestribus facile adhaerentibus.

Hi succi ad superiorem terrae partem calore centrali, seu motu legibus naturae consono promoti, componunt corpora sub nominibus: *Mercurii*, *Vitrioli*, *Nitri*, *Aluminis*, *Sulphuris* &c. nobis nota.

6. Idem illi succi sunt stamina ac baiuli particularum metallicarum, in superiori terrae regione comparentium, quin productionis *Metallorum* et *Mineralium* causa et origo; quorum gazo-phylacium interior haec terrae pars, ex generationis hypothesi vero simili-ter suppeditat.

Iuxta quam constat, materiam subtilissimam elementalem in centro terrae congregatam, motu circulari et circumgyratorio, quemadmodum antea, dum adhuc sydus lucidum fuit, agitari; innumeras autem eiusdem particulas motu naturali a centro resilire, hoc est: per lineam rectam tendere, et sic ad circumferentiam ferri: interea particulas alias intermedias minutissimas non minus arte aliis innexas secum abripere, et ad tertiae regionis crustam interiorem deferri; quae accedente solis radiorum

diorum vibratione, in motu ac concussione, semper accrescere videtur, vt inde separatae rursus aliquae, materiae iam motae viam amplexae, ad exteriorem crustae compagem, atque in ea cum terrestribus particulis concrecentes, lineas sui ductus varias relinquunt, nec non varios figuratos interstinctus formant; a reliqua terrestri mole plane diuersos, qui *venarum Metallicarum* nomen subeunt.

7. Quia montes, vtpote eminentiora terrae fragmenta, ex irregulari colapsu fatiscentiis, quae necesse in hiatus et cavitates, vel saltem rimas maiores, vel minores degenerant, obnoxii sunt, per quas praetactae materiae cursus facilis continuari, congregationi et concretioni, seu fixationi aptissima loca praebere possunt; cumque radiis solaribus ob sui eminentiam magis obnoxii sunt, tanto etiam moleculae iam agitatae, aptius cursum continuant, et in altitudines attolluntur, ac onera sua metallica in iisdem commode deponunt, vnde *Venae metallicae* plus montes, quam loca magis inclinata, vel *campesilia* decursant, nisi ea ad in-

clinatas fatiscentias montium proximiora fuerint.

Partes tamen terrae ad ortum solis vergentes, vel perpendiculari radiorum solis actioni oppositae, metalliferiores sunt; internam enim agitationem externa radiorum solis pressio et penetratio plurimum promouet; quo motus telluris tam annuus, quam vibrationis et conuersionis, plus, minus, cum tota sphaera ad solem, plus quam creditum est, contribuit, suamque addit symbolam.

8. His etiam principiis, modus quo saxa varii generis, venam, quasi solidum involucrum, inuoluentia, eiusque thecam constituentia, orta sunt, et materia minereo-metallica magis in meditullium illorum, seu potius vacuum spatium pro illa veluti absccissum incidat. Quin illae etiam directiones specialissimi situs, ut in infinitos quasi progressus, lineam cardinibus Horizonis respondentem habeat atque seruet, daß der Gang seine Stunde hält in ewige Tiefe. Et insuper si us saxorum venam tegentium secundum latitudinem venae, ipse

ipse quoque specialissimus situs, das fal-
sen und ausgehen des Gesteins, propriam
suam directionem, angulos intersectio-
nis cum linea longitudinis perpetuo ae-
quales formantem, prae se ferat: quin
insuper non undique cingat atque in-
cludat venam ipsam; sed e duobus tan-
tum lateribus sibi mutuo oppositis,
cum interim latera altera duo inter haec
vtrinque intercedentia, munimento illo
quasi plane vacua, reliquum montis
aut fundi, saxum aut firmamentum
quasi nudo contactu radunt. Hae in-
quam circumstantiae ex mechanica tel-
luris generatione, quam *Cartesius* in-
geniose excogitauit, haud difficulter
demonstari possunt.

9. Inter *Metalla*, quorum a *minera-
libus* differentia, hoc criterio cognosci-
tur; quod ambo quidem sint corpora
magis, vel minus dura; sed illa liqua-
bilia et ductilia; haec autem fusibilia
quidem, sed non ductilia, primatum
obtinet *Aurum*. Ideo metallum nobis-
simum, perfectissimum, imo Rex ap-
pellatur. Describitur praeterea, quod
sit corpus metallicum flavo-rubeum,
fulgidum, solidissimum, ponderosissimum

valde ductile, in igne fusile, in aqua chry-
fulca fluidum, examen ignis tolerans,
nec quicquam de substantia deperdens,
rubiginis et soni expers.

10. Praeter quam quod solae mentes nobilitatis et perfectionis capaces sunt, eadem haec descriptio premitur difficultate, qua natura auri. Siue enim quaeram quid aurum sit, siue id quod solidum, ponderosum, ductile, et cur? Quæstio in uno eodemque versabitur circulo; nisi a priori quid aurum sit, clarius definiatur. Ingenui hominis est fateri suam ignorantiam, deceptoris ac ambitiosi obscurissimis tegere aenigmatibus, quadrupedantibus verbis, et coeli ianuas aequantibus promissis, ipse dum coecus sis, coeco visum polliceri et diuitiis, quas nunquam possedisti, phantastice gloriari.

Principia constitutiva auri certe adhuc nobis ignota sunt, nec plus de *Auro* statuere licet, quam quod sit:

11. Congeries particularum tertii Elementi, in varias sibi implexas brachiorum fibras diuisarum, ut ramorum arboris

boris flexilium et irregularium, cum singulari connexione præ se ferant speciem, quae quidem in se spectatae satis tenues dici possunt, crassitie i nihilominus notabilis, si cum actione globulorum coelestium secundi elementi comparentur, a quibus cum aliis determinatae magnitudinis deorsum pressae, tam arcta inter se connexione firmatae sunt, vt motum eorum globulorum interrumpant, nec ullis agitationibus disiunctioni a se mutuo subeundae cedant. Ex qua actione generatur corpus valde *densem*, *solidum*, *durum*, *opacum*, et tamen *duile*.

Quia tanta est auri densitas, soliditas et grauitas, vero simile admodum partes auri in et prope ad medium terrae regionem magna quantitate delitescere, ex cognitione materiae eiusdem regionis; crusta quippe terae superior ceteris paribus multo mollior, et talibus corporibus generandis inhabilior.

Vis agitationis in meatibus terrae interioris, per validam materiae centralis actionem, acribus succis, qui instar limarum, vncorum et telorum a-

cutissimorum concipi possunt, impressa, efficit, vt quaedam praetactae materiae particulae ab aliis disiungantur, a pinquibus et hamatis rursus coagulentur, et cum teretibus, sed volatili-fugitiis, ad extima promoueantur. Inde est quod metallorum et in superficie succi, isti sint comites et individui pedisequi, vnius tamen plus, quam alterius.

Prouti aquae, metallorum et mineralium latibula transeuntes; secum rapiendo metallorum et mineralium particulas, nunc vitriolicae, nunc nitrosae, nunc aluminofae, martiales et sulphureae &c. appellari merentur.

Sic vehiculis acribus associatae auri particulae, in altum attolluntur, et aliae aliis ob figurarum similitudinem agglutinantur; sed ideo acres isti succi substantiam auri non constituant. Adesse in et cum metallis licet concedam, metalla ideo constituere et in eadem resolui posse negabo. Baiuli sunt et instrumenta quibus mediantibus ad terram quae nostrae confederationis est deueniuntur, et prout ampliori, vel angustiori

stiori excipiuntur spatio, aliam atque aliam fortiuntur figuram et concrescenciae speciem.

12. Quemadmodum ex sola pororum et meatuum diuersitate, ex tubolorum ad alimentationem plantarum et fructuum varia conformatio[n]e, infinita in plantis, arboribus, fruticibus et fructibus est varietas: ita locorum collectio[n]is et transitus diuersitas, diuersas species, formas et figuraciones auri producit.

13. Si enim illas in commissuris lapidum deponere cogantur, fila aurea in grumis lapideis oriuntur; si faxea latera lambant, instar laminae dilatatae eadem tegunt, quibusdam enim perpendiculariter haerentibus, aliae superiores sibi relictae, directe reuerterentur, seque iis ob figurae analogiam, aliae post alias. tali situ adiungerent; vt adhaescentibus interea aliis ad partes inferiores et deuergentiam, orbiculi, chartae anomalae, vel quoddam folii rudimentum mentirentur; vel pro ratione in intercepto aliquo libero interstitio, diuersae motus determinationis, varias

Q 5 figuras

figuras prae se ferent. Et cum notabilis aliquā cavitas ductum hunc volitantium atomorum claudit, fornacis fundentis et fixantis ad instar, *mafjam auri* notabilem (*nidum*) ab heterogeneitate liberam : producit.

Cum vero volitantes hae moleculae aureae arenofis tantum, limosis et fabulosis terrae partibus excipiuntur, quasi per cribrum transeuntes, varia figura in puluere concrescunt. Aurum enim quod ad ripas fluuiorum, vel in ipsis fluuiis auriferis inuenitur, ex montium auriferacium radicibus abradi, et torrentium impetu deuolui vix verosimile videtur esse ; siquidem non tam facile solius aquae impetu e matricibus suis aurum eluitur, vel abraditur, neque ad tam longos tractus ab aqua deneheretur. Cuius vel ipsa ramenta nigra martialia auro fluuiatili commixta infallibile praebent indicum, quae talia esse probat lapis magneticus, cuius beneficio expurgantur, eidemque prompte adhaerent, licet ferreae minerae vix ullibi in vicinia reperiantur. Praeterquam quod et certa dentur indicia vel e longinquo prospectantibus, arenae

nae auro grauidae , partim ex colore , partim ex textura &c. Quod autem in grandioribus frustis , vti supra memoratum , in extima terrae superficie saepe occurrat aurum , certe id pariter variis et praegnantioribus cohaesio- nis cauflis adscribendum , prouti et minerarum ferri hic inde in *Tsikensi* distri- ctu inprimis , magna copia colligi soli- tarum.

14. Atque haec ab ipsa experientia con- firmantur , quis enim metallariorum , ex- halationes viscerum terrae , *Die Witte- rungen* , non expertus est ? Quis non in lapidescenti corpore coercitos in metalla , vel metallis proxima , abiisse non obseruauit ? fumos metallicis sae- piissime exitiosos quis non in spongiosa degenerasse concreta in fodinis vidi ? Huc spectat et illud metalli latentis in- dicium ex flammis aliquando caeruleis visis , ex effoetis arboribus et pruina ac rore destitutis ob substratas exhala- tiones , petitum .

Et quomodo aurum ab aqua cryfulea in fluorem et leuitatem quasi va- porosam attollitur , qui radicales auri fiunt

fiunt solutiones , quae a Chymicis et Crysopaeis intrepide asseruntur , si nunquam tale fuisset ? Quomodo aquae dulces vario sapore , grauitate et viribus impregnantur , si insensibilis metalorum abrasas particulas , siue spiritum minereo-metallicum secum non rapere ? Quomodo filex crystalinus notabilem auri obryzi quantitatem intra se contineret , prout ex inuento superiorius notato constat , nisi ambo fuissent olim corpora fluida , vel fluidis affinia ?

15. *Concretionis* vero caussae quo generaliores , ea particularibus quibus- ue corporibus conuenire , nec mirum , nec conceptu difficile . Vbi enim partium ad partes apta cohaesio , ibi concretio facilis . Corpora quae se mutuo in punctis tangunt : facile quidem cohaerent ; sed non constanter , vti in argento viuo et omnibus fluidis . Quae per planas superficies , vti sales omnes , ibi cohaesio firmior . Sed quorum partes aliae aliis intrusae et quasi concentratae , inter se diuinciuntur ; ibi demum firmissima cohaesio , quia partium vna , aliam hic subit , et nullo reliquo interstitio arcte se vicinitati iungit ,

iungit, prouti sunt concreta metallorum, imprimis auri.

Ex hoc concretionis, seu cohaesio-
nis vinculo, superficierumque auri va-
riete pendet, quod licet substantia et
partes auri constitutuae eaedem in
parua et magna auri mole sint, nec
aurum auro in substantia melius, vel
deterius, siue liberum, virgineum; siue
fodinale fuerit: pro varietate tamen lo-
ci natalis, in colore et partium nexu
plurimi inueniantur gradus. Hoc enim
illo pallidius, illud magis ad rubicun-
do igneum accedit colorem. Hoc mol-
lius et magis fusile; illud intractabilius
inueniatur.

16. *Maturitas* quippe, vel *immatu-*
ritas auri, folius ingenii commentum
est, productionem auri ad modum ge-
nerationis, accretionis et nutrienti
plantarum et fructuum supponentis:
cum tamen praeter nuda verba, nec
reale metallorum semen, nec tempus
formationis ac perfections, neque mo-
odus ab ullo haetenus decisa et deter-
minata sint.

17. Quotidie tamen adhuc generari aurum, plus affirmare, quam negare ausim. Id quotidie circa actionem ignis subterranei credere licet, quod ante sex millia annorum. Eaedem caussae separantes et colligentes; idem materiae solidae in imis terrae visceribus thesaurus et inexhaustum Cornucopiae. Sed et quotidiana experientia verisimilitudinem palpabiliter innuit. Pluribus experimentis in Academia Regia Scientiarum Parisiensi, probatum iuit D. *du Clos*, sales fossiles, ut sunt vitriolum, nitrum, aquarum fortium, cinabarisque exusti foeces, alumem et alia huius generis, aëri exposita crescerè, regenerari et augmentari. Experiuntur coctores vitrioli et nitri, quotidie glebas aëri expositas, quasi ingrauidari. Expertus est Nobilissimus *Boile*, duas vncias vitrioli calcinati vasi metallico expositas, post sex mensium spatium, ultra decimam fui ponderis partem accreuisse. Idem marcasitae vitriolicae duas vncias in partes concisas, post septem hebdomadas XII. granis auctas esse.

. Sed

Sed et metallicas glebas suis metallis quasi exutas, nouis subinde metallis foetari testatur idem *Boileus* in stanni et plumbi fodinis Angliae; de mineris ferri *Caesalpinus* in *Ilua* insula; de argenteis et aureis fodinis *Potosianis* Peruae, *Alphonfus a Barba* et *Gerrardus* in quibusdam Germaniae locis. Quorum, ut et aliorum, seu coniecturis, seu experimentis missis, propria nostra experientia augmentationes et regenerationes glebarum vitriolicarum et nitrofarum non tantum, verum etiam mercurialium et ferrearum, usque adeo veras et reales deprehendimus, ut vel minimam dubitandi ansam superesse negemus. Quoad Mercurium non modo in fodinis Cinabarinis; sed et extra, et ad focos ustrios, veritas nemini ignota. In fodina ferri *Hunyadiensi* loea tanquam mineris effoeta semel derelicta, post decursum aliquot annorum a fossoribus repeti, et minera martiali foecundata inueniri, usitatum est.

Nec minus in auriferis Daciae, aut opia aurilegorum, rei veritatem euincit. *Vallis aurifera Abrudbányae*, per quam

quam decurrit riuulus rubeus , cum capite montis a centenis , et si tantummodo tempus a *Traiano* numeres , ad hoc usque , mille sexcentis videlicet annis vix interrupto opere fusque de que vertitur : nihilominus cum ubere aliquot millenorum auri pifetorum annuali prouentu.

Incolae pagi *Czebe* in Comitatu Zandienſi , terram in planicie prope ad montana metalliferacia plus minus M. passuum in longitudine , et in latitudine vix vitra CCC. profunditate vero vnius orgiae , voluunt singulis annis impigri , retenta demensa vnius cuiusque fossae portione , et tamen speciosissimum , cui vix in tota prouincia simile , furfuris instar foliatum , ad trecenta , quadrinuenta et quingenta pifeta lauant aurum.

Si quis ex montibus auriferacibus abradi et vernalibus vel aestiuis imbribus huc delabi obtenderit , recordetur is oportet : ab A. ad B. quae est distantia a radice montium adiacentium , ad caput fossularum , in quibus rostratur et lauatur aurum , ne miculam quidem

quidam inueniri; sed a B. solum usque ad C. in plano; rufus infra C. ad D. nihil. Accedit magna montani et huius auri in figura et finitate differentia, illud enim farinae instar exile, hoc foliatum et finius prouti loci istius garris notissimum est.

Sic ex Scoriis ante LX. vel plures annos electis, ac longitudine temporum cespite tectis, aurum rufus separari, non semel expertus sum. Scorias equidem in excoctione metalli tantillum saepe rapere potuisse auri, licet ipse norim; paruam tamen quantitatem talium scoriarum ex riuulo praeprimis ustrinam alluente, extractarum quatuor et quinque ducatorum ponde- re aurum dedisse probe noui, quo si tam grauidae fuissent, nae excoctores priores bardi et negligentes extra ustrinam proiecissent.

Atque ex his similibusque aliis curiosorum, quae alibi videantur experimentis, *quotidianam auri generationem*, non aegre fibi persuaderi patientur, qui et ipse non perfunctorie loca metallica tam antiqua, quam noua scruta-

R tatus

tatus fuerit. Licet certis adhuc destituamur apparentiis, qua temporis intercapidine, ac quibus augmentis ea fieri poslit, vel debeat.

18. Ut hactenus dicta tanto euidentiora fideique magis confona deprehendantur, et in specie, an etiam in fodinis latentibus aurum argentumue in dies crescant, adducam experimentum curiosum admodum, auctoris *Arcanorum Naturae* Delphensis Bataui *Leuvenhoekii* in Epistola 100. ad Consulem Amstelodamensem Nicolaum *Vitjenium*, cuius verba seqq. pag. 114. Continuat. *Arcanor.*

„ Saepe rogatus fui; quid de metalis in fodinis latentibus iudicarem,
 „ num illa in dies accrescant, quod multis placet. Ad hanc quaestione raro
 „ respondere volui; quum enim saepe
 „ metalla, quae durissima sunt, ac
 „ plerumque in durissimis latent lapi-
 „ dibus, quorum magna potius sui co-
 „ pia, in lapidibus diffisis, vt micro-
 „ scopii ope aurum ac argentum in his
 „ detegerem, obseruarem; passim com-
 „ peri aurum argentumque tam minu-
 „ tis

„ tis particulis per lapides esse sparsa
 „ et a se mutuo dissipata, ac si aliquot
 „ arenulas in mensa quadam sparsas
 „ videremus, neque etiam auri argen-
 „ tiae particulae maiores mihi micro-
 „ scopii ope apparuerunt, quam vul-
 „ gares arenulae nudis apparent oculis.

„ Contigit etiam aliquando, vt in
 „ lapide tam duro mihi appareret ca-
 „ uitas quaedam, in qua nullas, vel
 „ minimas metalli particulæ detegere
 „ possem; at videbam aliquot particu-
 „ las cristallinas in ea coagulatas, quam-
 „ uis singulæ particulæ non maiores
 „ essent arenae granulo; atque hæ mi-
 „ croscopii ope visæ non aliter ap-
 „ parebant, quam si nudo oculo vide-
 „ remus partes aliquot cristalli ex
 „ monte excisas, ac sibi mutuo con-
 „ tiguas, in quibus aliquot latera ac
 „ cuspides eminerent, quæ aliae alias
 „ mole superabant; quod haud iniu-
 „ cundum mihi praebuit spectaculum.

„ Atque etiam in lapidibus incidi
 „ aliquando in loca molliora; sed quo-
 „ niam nec in cauitatibus, nec in par-
 „ tibus lapidum mollioribus, villas vel

„ minimas auri argentine particulas de-
 „ tegere potui: mihi persuasi, auri at-
 „ que argenti particulas, non sensim
 „ per vapores subterraneos in lapides
 „ hos esse sublatas, atque in iis coagu-
 „ latas, istas vero iam in rerum prin-
 „ cipio intra eos fuisse formatas.

„ Si autem praeterea metallum ar-
 „ gento ditissimum, quod ex America
 „ huc adfertur inter res visu dignas,
 „ contempleremus, quando diffissum est,
 „ atque animaduertamus, quot ac quan-
 „ tae partes argenteae in lapidibus il-
 „ lis duris sibi mutuo adiaceant, praef-
 „ ter magnam copiam minutissimarum
 „ particularum argentearum, quae pree-
 „ exiguitate sua oculorum, microscopiis
 „ non armatorum, aciem effugiunt,
 „ quaeque dimidiata lapidis partem
 „ constituere nobis videntur; atque
 „ ad haec perpendamus lapides adeo
 „ duros minime esse disruptos, sed
 „ plane integros; iterum concludere o-
 „ portebit, argentum iam ab initio his
 „ lapidibus infuisse: quis enim conci-
 „ pere potest metalla tanta copia du-
 „ ras lapidum partes posse penetrare,
 „ adeo ut ipsi lapides illaesfi maneant?

„ Mihi

„ Mihi certe persuasi, si tot metal-
 „ lorum partes intra lapides duros in-
 „ trudi possent, quot iam iis inesse
 „ videmus, tum tales lapides plane in
 „ partes infractum iri.

„ In variis etiam lapidibus tantas
 „ vidi partes aureas, vt maiusculas ae-
 „ quarent arenulas, imo etiam maio-
 „ res, nec tamen iuxta illas, etiam
 „ microscopii ope, villes alias partes
 „ aureas, earumque vestigia, aut signa
 „ detegere potui, adeo, vt fere mihi
 „ persuaserim, eiusmodi partes aureas
 „ ope humana in illos lapides intrusas;
 „ sed ubi lapides ulterius diffinderem,
 „ in iis alias iterum vidi eiusmodi par-
 „ ticulas aureas, unde rursus pro certo
 „ habui, eas partes aureas iam ab
 „ initio rerum, illis lapidibus infuisse.

„ Vbi maximas argenti particulas, ex
 „ metallo illo ditissimo, quod in A-
 „ merica effoditur, microscopio oppo-
 „ nerem, atque attente intuerer, vi-
 „ deremque aliquot instructas esse ra-
 „ mulis, ac quasi foliis, atque alias
 „ habere cuspides spinarum in modum
 „ eminentes, ac singulas argenti parti-

„ culas singulari modo esse formatas,
 „ concludere necesse habui, in princi-
 „ pio, vbi hae lapidum partes com-
 „ ponerentur, multas variae molis par-
 „ ticulas argenteas iis fuisse permixtas,
 „ cumque lapidum partes eo tempore
 „ aliquanto rigidiores forent partibus
 „ argenteis, hinc posteriores ita ab
 „ aliis esse pressas, vt tales, et tam
 „ varias noctae sint figuræ, quales nunc
 „ nobis videre datur. Cum praeterea
 „ contemplaremur partes lapidum, qui-
 „ bus partes argenteæ exemptæ erant,
 „ videre licebat figuram, quam partes
 „ argenteæ noctae erant, etiam lapidi
 „ esse impressam; mihi autem incre-
 „ dibile videtur in particulis sursum
 „ latis eas posse esse vires, vt lapidi-
 „ bus imprimere queant.

„ Quod si cogitemus eo tempore,
 „ quo partes argenteæ ac lapideæ
 „ fuere compositæ, partes lapideas
 „ quoque fuisse flexiles, facile percipi-
 „ emus partes lapideas etiam potuif-
 „ se cedere particulis argenteis.

„ Non tamen inficias ire volo pas-
 „ sim vna cum vaporibus quaedam sur-
 „ sum

„ sum ferri metalla, quae, vbi motus
 „ eorum imminuitur, inter partes la-
 „ pideas terreasue coagulentur; quia
 „ notum est, si aquae forti misceatur
 „ argentum, atque ope ignis vehemen-
 „ tis aqua fortis ab illo argento de-
 „ pellatur, tum aquam illam fortem
 „ aliquot sursum ferre particulas argen-
 „ teas, quae, vbi agitatio aliquantum
 „ cessauit, iterum coagulantur. Sed il-
 „ la metalla, quae inter vapores sub-
 „ terraneos surfos, sursum feruntur,
 „ non minutis particulis per duros la-
 „ pides sparsa reperientur: sed haec
 „ venarum in modum lapides transfi-
 „ bunt, quia mihi persuadeo, in om-
 „ nibus montibus lapideis, vapores sur-
 „ sum latos in vnum locum multo fa-
 „ cilius posse penetrare, quam in alia,
 „ idque, quia lapides non omni loco
 „ aequo duri sunt.

„ Potitus aliquando fui aliquot li-
 „ bris metalli, quod nudo oculo nigram
 „ referebat terram; sed quod tamen
 „ ditissimum erat auri et argenti. Ex
 „ hac terra metallica aliquot partes
 „ microscopio opposui, quae constabant
 „ ex particulis aureis argenteisque, et

R 4 „ mole

„ mole arenulas aequabant : harum
 „ quaedam sex habebant latera, et an-
 „ gulos adeo accuratos , lateraque tam
 „ laeuia , ac si polita fuissent; alia qui-
 „ dem latera introrsum ac extrorsum
 „ erant inflexa, sed tamen adeo laeuia,
 „ vt ne vitrum quidem magis politum
 „ sit.

„ Cum autem eiusmodi metallorum
 „ partes in terra adeo fragili inueni-
 „ antur, maiori , vt opinor , ratione
 „ afferere licebit, vbi vapores metalla
 „ secum ferentes occurrunt partibus
 „ metallorum maioribus , tum illas par-
 „ tes , quas vapores sursum ferunt ,
 „ maioribus illis coagulari, atque ita il-
 „ la augeri , quam statuere , metalla
 „ in durissimis ac firmissimis lapidibus
 „ accrescere posse. „

19. Ex hac recensione apparet, o-
 culo microscopio munito auri molecu-
 las , quasi disseminatas , seu dispersas
 in glebis venofis quoad minima et esse,
 et deprehendi: quarum primaeuam ge-
 nerationem , sive lapidum generationi
 coetaneam , sive successiuam statuere
 velis, non nimis physice dici, intrusio-
 ne

ne auri vti nunc appareat, glebas diffundi, si easdem et nunc, quae ab initio fuere, motus leges concedas, et primaeuis similes eiusdem determinaciones fieri agnoscas, quod vel ex priori suo experimento, vbi vi ignis liquorum salinum ex iisdem glebis aridis expulisse fatetur, satis euictum, ignem probare, quod oculus non deprehendit. Et sic ultimae eiusdem Auctoris conclusioni potius inhaerendum fit, quam craßiae oculari ab impossibili coniecture, vbi magis solida non adducuntur in contrarium experimenta, inertem a prima creatione materiae ceteris durioris iuxta se mutuo quietem persuadere valentia.

20. Cui iucundissimum et quod mirari subit, ingeniaque Philosophorum exercet phoenomenon, aperte contrariatur; videlicet, quod *botri*, seu botrorum vuae cuticulae *aureis guttis* superbiant. Qui enim oculis rem probe usurparunt, non aliter, quam roris instar desuper cecidisse credent; quod nec a prima creatione in auras elatum, nec vbique in atmosphaera pendulum est, rarissime, neque vbique, reperire.

Certum tamen et pluribus in locis ob-
uium , generationem Atmosphaerae qui-
nouit , non difficulter consentiet , et mi-
neralibus et metallicis aequa foetam
respectu climatum illam esse posse.
Grauitatem possibilitati non contrariari,
qui de situ terrae et corporum graui-
tantium modo definiendis , rationem ,
non sensus in auxilium vocauerit.

Et si quis expertus est aurum repe-
titis cohabitationibus , ita non modo sol-
ui, sed et volatizari posse , vt quasi in
auras abeat , ipsumque alembicum
transcendat , forte non absone statuet ,
in locis , quae radiis solaribus quasi
concentratis opponuntur , in tantum
metallicos vapores , canicularibus impri-
mis diebus ardente Syrio exagitari ,
vt in auras quidem attollantur ; sed fri-
gore nocturno concreti guttatum deci-
dant e diametro.

21. Ne quidem pondus auri quo mi-
nus id euincatur quidpiam obstat , licet
aurum in parua aequa ac magna
massa omni simili corpore grauius sit ,
attolli tamen , librari in circumflua tel-
luris atmosphaera , et congregari posset ,
quam

quam meteora quaevis, quanti saepe ponderis? aut lapis iste meteoricus ante quatuor annos in *Valachia* ad oppidum *Bozaianum* vnius diei itinere a montanis eiusdem nominis, medio Januarii ex aëre delapsus, cuius historia oppido rara est. *Hyeme videlicet niuosa et summe gelida paulo ante meridiem coelo fudo, visa e longinquo venire nubes, cum obscuro murmure, fragore terminato, ex qua cecidit massa: ceu tormenti impetu acta, in plurima frusta maiora et minora, duas, tres pluresque libras Viennenses pendentia, dissiliens, niues liquefaciens manentibus frustis duris, solidis, coloris subnigri, venulis, seu commissuris interstinctis, odoris Sulphurei;* quarum tria ipsem vidi, manibus contrectaui, et particulas adhuc teneo. Securum me de huius casus veritate, reddente Celsissimo quondam melioribusque fatis et vitae extremo dignissimo S. R. I. et Valachiae Principe, *Constantino Baffaraba de Bran-covan.*

22. Quod autem ipsi acini *intra cutem aurei* reperiantur, hoc aequa ac filamenta frutici implicata ad radicem vitis,

tis, eminentium vaporum metallicorum condensationi et fixationi sulphure meteorico cooperante, in acceptis feren-
dum.

23. Inter proprietates auri occurrit primo *Color*, qui tam in massa, quam in minutis *flavo-ruber* est, quamuis in Bohemia circa Pragam aurum albicans reperiri et arte chymica auro colorem natuum mox tolli, mox iterum restitu posse perhibetur. Sic aurum fodi-
nale vnum prae altero, vti et Anglicanum, ad albentem palorem accedit. Pallet aurum, non quod famelicos insectatores metuat; rubet, non quod impigros fossores amet; sed quia natura colorum in genere qui pingitur in supericie corporum in eo consistat, quod partes materiae subtilis, vel potius globulorum secundi elementi actionem lu-
minis transmittentes diuersimode recipiantur, iuxta diuersas asperitatis, leuitatis, angulositatis, vel plane supericie modificationes, ex indeque diuersos fortiantur reflexionum modos, ex motu validiori, vel remissiori mensu-
randos; vt subinde vel impetus variis motus gradibus aucti, rotationis, globu-
lorum

lorum radios constituentium supereret determinationem, qua secundum lineam rectam mouentur, vel contra. Sic quia grumi, qui resultant ex congerie immediata partium auri, sunt tantae scabritiei et soliditatis, vt luminis reuerberationem magis in gyrum actam pariant, quam rubicundum, et magis iteratam, quam candidum, fit vt superficies *flauum* ostendat colorem: *flauus* enim color est quasi medius inter *albūm* et *rubrum*.

Et si consideretur, auri superficiem etiam leuigatam, asperam omnino infinitis monticulis sibi inuicem accum bentibus, vallis interiectis, siue ca uernulis eo modo fitis, distinctam esse, vt si lumen reflectant a cacuminibus versus locum, ubi oculus collocatus est, aliud remittere non valerent, a ceteris partibus exiguae suae superficie, concludendum venit a peculiari illa particularum inaequalitate, et radiorum luminis reflexionis modificatione, *flauum* excitari colorem in oculo videntis.

Quibus autem angulis definiatur illa superficie auri inaequalitas, quae quoad

ad minutissimas auri particulas semper aequalis est, et eodem modo actionem luminis remittit, cum ceteris aequo obscuris definiri cupimus.

24. Aurum inter omnia, quae cognitionem hominis subeunt, corpora *solidissimum* est. Soliditas corporum definitur a materia corporis, quod solidum vocatur, cum eius superficie et mole comparata. Cumque plus materiae tertii elementi in substantia auri respectu molis et superficie contineatur, quam in alia quacunque eiusdem molis et superficie extensione, solidius ideo omni solido habetur aurum. Cui etiam debet tam maiorem agitationis capacitatem, quam motus semel impressi retinendi, siue in motu perseverandi vim.

Globulus ex c. aureus, globulo ligneo eiusdem magnitudinis, eadem licet celeritatis impressione, diutius tamen statum progreSSIONIS retinet, quia aër plurimum particularum tertii elementi sub eadem mole impetum debet impedire, quam in ligneo, qui poris pertusus et materiae subtili penetrabilis magis est.

25 Haec tamen *soliditas* non obest, quin aurum suis poris pertusum sit, quod praeter adminiculo microscopii detectas hinc inde cauernulas et partium iuxta se mutuo in aequalitatem angulositatem, per ignem fusionem et per acida spicula corrosionem, vis euincit magnetica, aequem enim magnes mouebit acum chalibeam interposita auri lamina, quam alio quoquis corpore poroso.

26. *Ponderosissimum* ideo omnium corporum Aurum est. Prout enim corpora plus vel minus materia homogenea, sibique intime implicata, poris item, vel interstitiis pluribus, vel paucioribus patulis, folique materiae primi, vel paucis etiam secundi elementi peruiis constant: grauia, vel leuia, seu inaequaliter ponderosa audiunt. Atque non alia grauitatis corporum ratio videtur esse, praeter pressionem materiae coelestis, quae ob affiduam terrae circa axem suum circumvolutionem, dum a centro sui motus recedere lege motus conatur, corpora sibi obvia ad motum talem inepta ad centrum tanto maiori celeritatis gradu deprimit, quanto

to corpus quod occurrit compactius porisque minus pertusum et sub parua mole plus materiae sui generis continet, obuenerit. Si sumatur libra aequalium brachiorum, quorum vni extremitati aurum pedis cubici, alteri lignum, vel plumbum eiusdem quantitatis appendatur, illud ad centrum terrae deprimetur in tantum, in quantum pars columnae aëreae, seu radiorum materiae coelestis, per poros ligni vel plumbi libere transiens in auro obstatum offenderit, sicque tanto plus brachium hoc eleuabitur, quanto illud deprimetur plus.

27. An autem haec *soliditatis et gravitatis* demonstratio plus euidentiae habeat, quam illa nouissimi Scriptoris, in *Disquisitione Physico-Medica*: Vitam illam vniuersalem et substantiam incorruptibilem, quae compingit totum globum terrestrem, et cum suis incolis libero aëre suspensum versat, corpora sibi auulsa eadem facultate vitali et spirituali rursus ad se rapere, qui totum sui conuexum constringit ab initio, et corpus solidum ad matrem communem retractum grauius esse poroso et citius

citius ferri versus centrum, non ob prementem aërem impetuose incumbentem; sed ob loci contractiorem figuram et pororum angustiam atmosphaerae fluidae sursum et ad circumferentiam propulsae et ascendentis, non prementi minus obiectam? iudicent aequi demonstrationum philosophicarum censores.

28. Quanta auri sub eadem mole ad alia corpora proportio, pororumque diuersitas sit, ex sagacissimo *Petiti*, in Academia Regia Scientiarum calculo sequens tabella ostendit :

<i>Aquae</i>	<i>pes Cubicus</i>	<i>pendet libras Parifinas:</i>	
			72.
<i>Stanni</i>	-	-	532 $\frac{4}{5}$.
<i>Ferri</i>	-	-	576.
<i>Aeris</i>	-	-	648.
<i>Argenti</i>	-	-	744.
<i>Plumbi</i>	-	-	828.
<i>Mercurii viui</i>	-	-	977 $\frac{1}{2}$.
<i>Auri</i>	-	-	1368.
<i>Terrae</i>	-	-	95.
<i>Salis</i>	-	-	117 $\frac{3}{5}$.
<i>Aeris</i>	-	-	- $\frac{4}{5}$.

S

Quae-

Quaerenti quippe quae proportio aquae ad aurum, si amborum v. c. pes sumatur cubicus; tabula ostendet eum esse, vt 27. ad 1368. siue diuiso numero maiore per minorem, vt 1. ad 19. Vti enim se habet diuisor ad dividendum: ita unitas ad quotientem. Sic aquae ad grauitatem aëris, vt 1. ad 9. Argenti ad aurum, vt 1. ad 1 $\frac{25}{31}$.

Ergo vbi massa auri pendet libras 100. tunc mercurius sub eadem mole pendebit: 71 $\frac{1}{2}$. plumbum 60 $\frac{1}{2}$. argentum, 54 $\frac{1}{2}$. cuprum, 47 $\frac{1}{2}$. ferrum 42. Stannum commune, 39. aqua, 5 $\frac{1}{2}$. oleum, 4 $\frac{3}{4}$. &c. &c.

Prae ceteris metallis conspicua in auro incredibilis *ductilitas* crafis artificibus notissima, qui ex vna vncia auri bracteas 2790. quadratas producere norunt, quarum vnaquaeque lateraliter duos pollices, decem lineas habet, vt omnes simul iunctae, et lateraliter ad inuicem unitae, efficiant superficiem linearum quadratarum 3155088. Si his tertia pars tantum pro deceffione ob præsegnina addatur, sequitur Bractearios

ctearios ex praedicta vncia cudere ,
4207840. linearum quadratarum.

Maior adhuc ductilitas appetet in labore protractario , seu in fila ductorio , vnicum enim granum in fila diductum , 400. pedibus , vncia vero pedibus ducenties tricies mille quadringentis coextendi potest , quod si bracteas ducere tur cooperiendis propemodum decem iugeribus aequaretur . Reliqua in supputationibus curiosorum fusius .

29. *Ductilitatis* rationem illustrant particulae ramosae intra se mutuo innexae , quibus constat aurum , quae proinde videtur tanto facilius parallelogrammeam rectangularem figuram imitari , qua citra separationem attenuationi cedunt , et licet compactae et sibi inuicem arctissime implicatae sint , in longum tamen et latum protrahi posint ; imo etiam quae sibi mutuo , ad latera in se inuicem salua partium cohaesione defluant , et latitudinis decrescente profunditate , incredibilem extensionem acquirant .

Non absimile phaenomenon in terra pingui argilacea cernimus , cuius laxa

S 2 par-

partium mollities extenfionis amplitudinem largitur, et ex soliditatis ac densitatis concurſu, materiae in omnes figurās aptitudinem subministrat.

Ob hanc figurā parallegrammeam lamina auri ſub incude in longum facilius producitur, ad latera non aequē; coniunctiores enim in longitudinem partes auri videntur eſſe. Sed fi aurum cum primis fluuiatile, forte a ferri et marcasitae ſulphureae ramentis non uſque adeo liberatum; nec non fodinale, ſulphure arſenicali purgatum fuerit, malleo ſe duci non patietur, quamdiu continuitatem parallelogrammeam impedientes dictae particulae non in totum expulſae fuerint. Hinc, quo purius et ſincerius eſt aurum, prout illud, quod antimonio mediante fit, tanto facilius duci et tractari potest.

30. Hoc quoque in auro notabile eſt, quod diutiflīme licet vſtulatum, de *Subſtantia* tamen *nil deperdat*. Nulla quippe agitatio intimo nexu firmatam partium cohaeſionem ſic conquaſſare vallet, vt earum fibrillae, vel grumuli a ſe inuicem penitus dirempti ignis vi
ex-

exhalare possunt. Soluuntur quidem, aut laxantur potius eius particulae nimii caloris vehementia fatigatae in tantum, vt a fluido corpore non abludant; nec quicquam tamen se ita aestui permittunt, vt ab eius particulis auolantibus arreptae, cum illis in auras evanescant, dummodo labor cum perfecte purificato et obrizo continuetur.

31. Ut ignis potentiae aurum resistit; ita *rubiginis* obnoxium non est; particulae enim eius arctius et intimius nexae implicataeque sibi mutuo sunt, quam vt cuneis spiculisque aëris, vel aliis cuiuscunque liquoris superficies eius glabra reddi poslit. Sordes enim, quae saepe ei adhaerescunt, et natuum colorē obfuscant, salibus vel plumbo aptissime deterguntur, nec partes eae auri sunt.

32. *Mercurio* nullum corpus promptius adhaeret auro, vel quod similes sint amborum species, vel partium indentitas, quae cohaesioneum vera causa: vnde et auro mercurium substantialiter inesse, et mercurium immaturum quasi aurum esse, quorundam opinio est, vel

S 3 quod

quod mercurii particulae tam teretes, leues, in minima diuisibiles et tamen summe volatiles porulis auri facilius se insinuare possunt, quam vlliis alterius corporis, siquidem solo quasi tactu, aut, barbare loquendo, attractu id fit; vel quod materia striata àmborum partes facile transiens ambas affimilet; sufficit ita intime vniri, vt sola vstulatione se expelli patiatur.

33. *Aqua fortis* corrosioni obnoxia sunt omnia metalla, aurum autem *Regiae*, quippe erectis et telorum instar acuatis fali ammoniaci particulis, penetralia auri magis referantur, et subtilissimorum cuneorum instar finduntur ac euertuntur, donec plexu rupto ramentorum eius moleculae circa liquoris partes disiectae fluitent, quod spicula nitri et vitrioli magis obtusa et adunca praestare non possunt.

Neque ullum ideo grauitati et solidati auri haec solutio praeiudicium adfert; siquidem moleculae auri separatae, baiulantur a sale maioris superficie, sed columnae materiae coelestis incumbenti plus iam peruviae redditae, vnde
ae-

aequilibrium quoddam, vel minor prefatio consequitur. Diuide corpus, diuides pondus; adhibe vectes et pondus licet maximum, vi licet minima attolles, deprimes et librabis.

34. Haec de auro intellectualiter et scientifice dicta sunt, quibus Philosophi per ignem dicti non contenti, oculis contemplari, manibus palpare, ore gustare conantur, ex quibus sensualibus particulis constet, et in quales resolui ac reduci possit. Atque vti diuersae indolis sunt, ita hic in diuersa abeunt, vt cui plus credas, vbi pedem figas, certe hactenus vix secure scias, et plus in illorum controuersiis decidendis, et aenigmatibus enodandis laboris et operae impendas, quam lucri vnuquam sperare possis.

Tanti laboris, tam foecundae contentionis non solum ^{ro} scire scopus est, sed quam maxime vt diteris, et nisi *aerii discerpant irrita venti*, plenas emungas et vacuas impleas crumenas.

Si enim decantatissima (Peripateticorum vt taceam) *Salis, sulphuris et Mer-*

*Mercurii Chymicorum corpora , at ne-
mini adhuc intime nota , aureae moli-
nesse tibi liberaliter concedam , et me-
talli principia esse dem ; ostende mihi
texturam auri ex iis resultantem , o-
stende proportionem vniuscuiusque ,
hoc potius quam illud metallum con-
stituentem ; ostende principatum cum
principio idem omnino reale corpus
esse , et nonnisi in eadem resolui pos-
se ; tunc credam non phoenomena tuo-
rum principiorum conditionem verorum
principiorum non ferentium , nec re-
quisitis respondentium , vide *Volde-
rum , de Principiis rerum naturalium :*
sed veras et primas causas naturam
que tibi patescere . Cum absque hoc
non ingnotum sit , in uno metallo , haec
tria simul non comparere , et salia plus
ignis producta esse , quin sulphur in
falem , sal denique in terram insipidam
curiosiori operatione conuerti . Vide
*Acta Haffniensia.**

35. Sed quorū haec tendunt ? Eo
potissimum , ut definita qualitercunque
hic sensuali auri mixtura , ceteris quo-
que metallis , proprietates auri , conci-
lliari posse , tanto facilius persuadeant.

Quan-

Quanta spe? vt nimirum aurifaci tui pulueris, seu Elixirii granum, hidrargiri massam figat, aureo colore tingat, in pondere augeat, nulla alterius materiae accessione. Argentum pariter et plumbum, colore, pondere, ductilitate auri, exquisite, et quoad minima donet, vt et capellae Docimasticae examen sustinere valeant; h. e. in purum et solidum aurum conuertantur. Haec equidem omnem scientificam demonstrationem superare videntur.

Sed dices; te *Animam* metalli concentratam, extraxisse, vt minima portio alterius metalli partem longe maiorem vivificare et in sui generis metallum quoad omnes sui particulas conuertere possit. Homo sine anima cadauer est et putredo. Corporum anima, Spiritus, sal et oleum vocatur, ceterum caput mortuum est. Ecquis hic auri spiritus? quale sal vel oleum? E nostrone vulgari, vel ex centro vor- ticitis nostri, sole, et quibusnam modis, ac qualibus instrumentis extractum? Quali quaeso ratione haec anima, et spiritum et sal et oleum et caput mortuum alterius metalli modificare potest,

vt prior textura, hami, ramuli et superficies in illius corporis, cuius intendis omnimodam transeat et transfiguretur consistentiam, substantiam et qualitates?

An ergo tot illustribus in arte Chymica viris, facti, realem existentiam affeuerantibus, fidem denegabimus omnem? vel potius ignorantiam propriam prodemus: ignobiliorum metallorum, mutua transmutatione neglecta, quam vel infimus e plebe in Hungaria quotidie experitur metallicola: et Chymici curiosorum labores multis docent experimentis?

Videmus equidem omni auro argentum adesse, et argento aurum rarissime abesse. Experiuntur auri ductores vel minimam auri portionem, ita intime argento commisceri, vt tota filorum superficies eo tincta appareat. Et palliduli metalliflores omnis scientiae demonstratiuae rudes, nil visitatius, magis vulgariusue in ore habentes; quam venam sterilem, nonnisi mineralia absque metallo habentem, concursu alterius, nobilitari: h. e. bonum metallum praebere, tarditatem ingenii nostri • vel

vel potius incredulitatem exprobrare , ac quotidiano suo experimento , conuincere videntur.

Cui si addantur documenta practica theseos metallicae , subterraneas mineras tendere ad metalleitatem , metalla ad perfectionem , et id experimento artis confici posse , dubietatis pondere multum nos liberaret , nisi loquendi formula Chrysopoeorum temeraria ; quod v. c. natura in mineris vix mille annis , vel amplius perficit , id artem paucis mensibus posse , altiorem infigeret clavum . Sed quod simile non fit idem ; et de posse ad esse claudicare consequentia ; ac de aptitudine ad actum , nexus aequus esse inualidum : hyperphysici nos docuerunt Logici . Et Physicus ut rationis : ita et experientiae fulcro nittitur.

At forte inquieres , luminoso intellectu opus esse , ad discutiendas has incredulitatis tenebras , et praefentem rerum statum , qui etiam post lapsum tenebrosus est , ad primaeuam integritatis conditionem eleuandum ; nec aliis haec sacra innotescere posse . Verum , vti ad
sta-

statum integritatis, quem Religio docet, parum conferre existimandum, specierum, quae communi diuino epiphonemate valde bonae, i. e. in suo genere perfectae creatae sunt, in se mutuo transmutationem: ita hanc, illa perfectiorem, nostram vel ignorantiam, vel ambitionem, vel auaritiam fecisse post lapsum. Atque ad nostrae perfectionis conditionem nil admodum conducere, aurum fitne perfectius et nobilis plumbo; vel in hoc confistere diuini Luminis abundantiam, ut hoc in illud conuerti possit, cum vtroque impune carere possimus, sine perfectionis nostrae detimento, quod in tanta auri fame maius omnino elucet.

Quia vero Patri omnis, siue reuelationis, siue rationis luminis, viis in perscrutabilibus, sua opera nota esse credimus, plurimam naturae mysteriorum partem, nostri arctissima cognitione terminati intellectus obscuritati adscribendam censemus, quod ignoremus quid ille velit, vel possit in rerum quotidiana creatione. Et cum non aliud cognitionis nostrae, praeter claram et distinctam perceptionem, subinde sen-

sensualibus experimentis munitam, indicium, criterium et documentum de vllis rebus habere posse, veracitati Dei innixi supponimus: Luminoso intellectui attributae certitudini non ultra obnitemur; modo de familia et affinitate tam metallorum, quam mineralium inter se mutuo et cum metallis, vt et de statu intrinseco specifico principiorum metallicorum sensualium, in diuersis speciebus mineralium, vbi hoc vel illud forte abundat, aut nexu velut minus ligato, promptius fit ad coalitum cum aliis, et in quoniam altero mineralium genere, symbolica talis communicatio fentiatur, vt vnum alteri illud contribuat, vel conferat, e quorum concursu et coalitu aliud quidpiam, quam haec tenus fuerat, prognoscatur, certis experimentis in praxi edoceamur.

Quod quia in subterraneis locis etiam si fiat, fortuito casui et nullis destinatis directionibus imputatur; ab arte autem non nisi conquisitis methodis, modis atque motibus intra se inuicem coaptatis, non vero scientifica demonstratione, expectatur, tunc inquam lumen potius, quam tenebras amplectemur,
du-

dubietate omni deposita ignobile in noble, h. e. plumbum in aurum transmutari posse concedemus.

Quia a *Bechero*, *Glaubero*, aliisque pene multis. Vide *Acta curiosorum*, in quibus XV. experimenta, *Decad. I.* A. I. de rei infallibilitate, historiis ad verisimilitudinem compositis et spei plenis argumentis recensentur, nemini ignotum: at et hoc notissimum plurimos, de consecutione arcani transmutatorii altissimas spes fouere, paucos tamen adeptorum numero accenferi, paucissimos, vel ut haec tenus mihi ullis historiis innotuit, praeter unam vel alteram factam putatitiam, si non sophisticam probam, diu tantum arcanum possedisse; sed semper vel in auras abiisse, vel hoc aut illo infortunio perditum iuuisse, ut amplius quidquid etiam moliminis impenderent, inuenire potuisse nunquam.

Binas solummodo recenzebo adhuc historias, easque recentissimas, quae mortuas aurificorum spes forte refuscitare possint. Prior memoratur in *Itinerario Anglo-Batauo*, *Christ. Henr. Erndl.*

Erndl. pag. 146. *Nicolaus Salzuedelius* monstrauit auctori Itinerarii, Anno 1707. auri particulam, quam ex plumbo transmutatam nuperime oculis suis viderat, cum hac declaratione: Chymicus ille, qui nunc in Westphalia non procul Monasterio, in pago degebat, et arti pharmaceuticae se addictum profitebatur, tinturam liquidam fusci coloris, odorem fere ad modum olei C. C. de spirantem habebat; illius beneficio, mediantibus quatuor guttis, drachmam plumbi in verum aurum 23. Carat. 7 $\frac{1}{2}$. grana, in integra marca continens, transmutabat; plumbo, cui primum guttas superfuderat, modico igne liquefacto.

Factum hoc, in propriis memorati D. *Salzvedelii* aedibus Menfe Maio A. 1702. Et in sui memoriam reliquerat hospiti tunc suo, aliquot dictae tinturae guttulas, quibus postmodum projectionem felicissime instituit, asseruatam in perpetuam rei memoriam, dicti auri chymici portiunculam, et vitro obscura quaedam vestigia, liquoris illius fusci, cum odore adhuc referente.

Alteram Illustris *Leibnizius* ab aliquot testibus oculatis sibi confirmatam esse refert in *Miscellaneis Literariis Berolinensibus*, quibus videlicet praesentibus Berolini adolescens cum magistro suo *Pharmacopaeo* iam initiatus, huic disciplinae valediceret, tredecim bigrossos, quorum quisque duodecimam partem Thaleri currentis valere censemur, ab uno spectatorum forte suppeditatos, in catinum conieciisse, et in liquefacta tandem materia, exiguoque fragmine vitri subobscuri, vitrum antimoni propemodum referentis, iniecto, mox eiusdem cum tot bigrossis ponderis aurum probum effudisse, huncque adolescentem postea sub Insignis *Tsirnhausii* inspectione egisse.

Priori idem auctor eleganter subiungit: se dubitare nihilominus, num inter veros artis aurifical posse flores, Chymicus ille referendus sit, vel ideo, quod aurum illud transmutatum, nondum iustum obryzi pondus, vel Probam 24. caratharum attigerit; cum tamen vnamini Alchymistarum consensu, pondus auri natuum scilicet finitatis superari a Chymico debere. Et licet fatea-

fateatur hinc inde prostare exempla satis illustria, et fide digna, vbi sine omni impostura et fraude, mediante Tinctura quadam, vel concentrata in massa modicae consistentiae, vel liquida etiam, plumbum vel Mercurius in aurum fuerit conuersus; nihilominus scrupulus et quaestio remanet, at non si de proiectionis et transmutationis ingenuitate certissimi etiam essemus, Tinctura illa sit auri anima, ex ipso metallo, singulari artificio, extracta et non nisi determinatae quantitati tingendae sufficiens?

37. Ad alteram pariter, licet oculatis testibus confirmatam, iudicat Illustris *Leibnitius* creditu difficile videri, siue ex auro ipso, siue aliunde Tincturam pares, materiam argenti duplo pene spongiosiorem auro, tam subito contrahi, condensarique posse, puluisculo tantum iniecto.

Nisi me publicus in augusto Cimme-liarchio Viennensi auri prospectus, quod in praefentia Augustissimi beatae reminisc. *Ferdinandi I. Imperatoris*, Chymicus vna proiectione ex plumbo trans-

mutasse perhibetur , quodam modo , contineret , iam pridem cum Academiac Scientiarum Parisinae Antistibus dixisse: Vestri o Chrysopaei ! *spirant mendacia folles.*

Cumque tantae Maiestati illudi potuisse a Chrysopaeo , qui hac vnica proba totum arcanum et inceperit , et simul finiueroit , statuere non ausim. Et naturae arcana , tam in sublunaribus licet oculis obuiis , quam subterraneis nobis incognita , infinita lateant , quae nisi expertus , vel solius pulueris pyri effectum exemplo , quis crederet ? Prout ex varia 24. literarum collectione infinitae res distinctissimae et distantissimae describuntur : ita puerum aliquando in talem literarum posituram incidere posse , quae rem abstrusissimam detegeret , quam ne sapientissimus quispiam inuenerit : sic absolutae impossibilitatis artis transmutatoriae patronus esse nolim.

38. Sed tamen cum Illustri praemorato *Panjopho* : siquidem et oeconomice aurifactione vix tantum acquiritur , quantum impensum est , ita politice nec necessariam , neque vtilem esse pro-

pronuntio. Si qua est, inquit ille: ars aurifica et argentifica, tam facilis, ut fertur, et fructuosa, supprimenda esset, multo iustius quam vitri maleabilis inuentum, quod Tiberio bilem intempestive concitasse fertur. In magna enim ad vulgus emanante copia, genus humانum optimo melioris monetae commodo priuaretur; aurum enim et argentum collybisticae schedulae loco sunt, quam nemo notus vel ignotus refutet, et multum in exiguo pretii est, sic ad aes et libram redeundum, et vti non pridem in Suecia pro venditis in vrbe agelli sui fructibus, pecunia acquisita non marsupio, sed carro domum referenda a rustico foret. *Vid. Miscell. Societ. Reg.*



CAPVT VI.

Laborem Auri Medicum examinat.

I.

Poste aquam auri usus, non tantum ad permutationes, venditiones, emptiones et communem rerum mensuram; vestes item, suppellecibilem domesticam, ornamenta militaria, Regumque diademata, inualesceente in dies ambitione transiisset, in ipsam quoque Medicinam speciosiori superstitione, quam certitudinis evidentia, penetrauit.

Nulli cum sint curiositatis humanae termini, cunctos vitae conseruandae spes et atanasiae cupido, ad omnia, ex omnibus tentanda, impellit. Ipsi corpori humano non parcitur, cuius salus et conseruatio quaeritur, et ex hoc, licet iam cadauerofo, requiruntur remedia. Ex cranio Cephalica antiepileptica, ex dentibus naeuos tollentia, ex sanguine balsamica, ex carne mu-miata, contusiones, puncturas et fluxus nimios tollentia, ex stercore, vrina, corio, secundinis, menstruis, sudoribus,

ap-

appropriata , sympathetica , amatoria , imo et venena parantur , superba magnetismorum , amuletorum et nescio , quae non alia , iis imponuntur nomina.

Sic ex auro , pro ipsis Principum altis Personis , et omni quicquid hodie magnum carumque est , specifica , ut supponitur , identitate paratur Medicina , selectioribus nec in aliis ex triplici Regno petendis auri proprietatibus , vel quod magnos , magna et pretiosa deceant , opinione inducti ; pretium medicinae , sumtuoso Chymicorum labore superaddente

Ea autem , quae ex auro parantur remedia , sunt vel in forma *Pulverum* , *Salium* , vel *Tincturarum* aut *Elixirii*.

2. Sumuntur vel *Scobes auri* subtilissime limati , vel *Tritura Philosophica* aliquot septimanarum , in partes adeo paruas , vt earum superficies habitatione molis , tantae sint , quae reddant partes illas , aquae leuitati pares et innatare sanguini aptas , redacti .

3. Fiunt etiam *calces auri* calcinatio-ne immersiua, cum Spiritu Nitri Bezoardico, vel aqua Regia soluendo, solutione lutea per retortam acta, in fundo remanente puluere, qui *Calcis Solis* nomine venit.

4. Vel cum Aqua Regia solutum et tam alcali fixo, oleo videlicet tartari, quam volatili, Spiritu nimium salis ammoniaci praecipitatum, post edulcoratum *Aurum fulminans*, seu *scopetans* dicitur.

Calcinatur Aurum, cum quadruplo corporis siccii, quod mercurium sublimatum, vel vitriolum martiale cum spiritu sulphuris volatilis paratum, non immerito iudicat defaecatissimi ingenii Archiater et Professor Boruficus, *Fidr. Hoffmannus*. Et aurichalco facilimo modo friabile redditur, nec sulphure minerali, quo mediante et aureum vitulum Moysen in puluerem comminuisse et Israelitis potulentum effecisse, non absque verisimilitudine statuitur.

5. Elegans *Croci Auri* praeparatio fit, modo *Matsiano*, per Nitrum Cristallizatum alumem et sal commune, ubique tamen per salia, spiculorum, cuneorum et volfellarum ad instar agentia, operatio peragitur.

Cunctae autem manipulationes eum solummodo in finem excogitatae sunt, ut longa et taediosa Trituratione facilius et breuiore via, aurum in maiores superficies resolutum, vel in puluerem redigi, vel apertiores poros resoluens menstruum: efficacius subintrare, nec non subtiliori intentioni, quae salem, seu intrinsecam animam extrahere nititur, adminiculo esse possit.

6. Dari quippe *Sal* in omnibus vegetatilibus, animalibus non solum, sed et in metallis, ac ex auro ipso elici, *Heluetius Balduinus*, et inter nouissimos *Kunstelius*, in Dissertatione peculiari, de *Sálibus metallorum*, praesertim *auri* et *Mercurii* euincere conantur.

7. Salia glebis metallicis ineffe suo experimento in Epistola ad Consulem Amstelodamensem: *Nicolaum Vitsen*,

T 4 supra

supra citata, probare nititur fagax Naturae arcanorum scrutatur *Leuenhoekius*, qui dum metallum, quod plumbum, argentum atque aurum, prope urbem *Merjenskoy* in media Tartaria effossum, continebat, vehementi admouislet igni, deprehendit ab illo metallo dependi aquam limpadiissimam, siue spiritum, et in hoc liquore particulas aliquot salinas coagulari vidit, postquam liquor per aliquot horas steterat; spiritum ex metallo expulsum imposuit vitro, et postridie omnem liquor exhalasse, atque particulas ex eo salinas plerasque fuisse coagulatas, quas cum microscopio admouislet, plerumque quadrilateras esse deprehendit. Similiter ex metallo auri ex insula *Sumatra*, vt et alio ex *America* allato, ope ignis spiritum limpidum particulis salinis pexmixtum expulisse se scribit.

Verum, hunc spiritum salinis particulis praeditum, ex gleba auriferaci expulisse, et non ex auro, quis mirabitur, qui glebarum similium texturam, compagem et mixturam, vel primis labris degustauit? Nec plus inde euincet quam, ad formationem metalli concurrens,

rens, humidum quoddam minerale fa-
linum, talibus glebis inesse.

Auri enim *Sal* ex puro crudoque metallo expelli, forte nemo tam libe-
raliter credet, qui texturam auri iam
formati, compactissimam et tantis cu-
neis *vix* solubilem, igne licet vehe-
mentissimo vrserit.

Propterea tanta exaggeratione exclamat *Baldwinus* in *Auro Aurae*: „ o, fe-
„ licem terque felicem illum artificem !
„ qui consequitur a clementissima sum-
„ mi Iehouae benedictione artem con-
„ ficiendi praeparandique *Sal* illud quasi
„ *diuinum*, cuius efficaci operatione,
„ corpus metallicum siue minerale,
„ corrumpitur, destruitur: anima tamen
„ ipsius iterum reuiuficatur ad glorio-
„ fam corporis philosophici resurrectio-
„ nem! „ Sic ad superstitionem et fa-
sciatam pietatem configimus, vbi ra-
tione destituimur!

Et cum liquor *Metallicus* naturalis,
metallum cum concurrentibus minera-
libus componens, in omni metallo licet
non demonstrabilis, ex modo genera-
T 5 tionis

tionis supponendus tamen est: ita menstruo opus esset liquori isti comparari, metallum quoad minima soluente, ut sal illud extrahi quoquoniodo posset, quamvis, quid illud *Sal* sit, a nemine scientifice hactenus demonstratum est.

Et si concederem *Sal* ex auro extrahi; illud primum in calcem redigi debuit, quibus mediis? salinis? Quid si salia ista tam alte porulos et moleculas auri imbibent, ut rursus aliquid salis, sub titulo salis auri proueniat; an ideo sal illud, solius auri, et non mixtae calcis auri sal audiet?

Temere hoc afferere viderer, nisi praeceuntem haberem Nobilissimum *Robertum Boyle*, qui dubitat, an unquam tale sal separatum fit, et an non potius ex corporibus spiritibusque salinis in praeparatione adhibitis, et non ex auro ipso resultauerit, in *Chymista Sceptico*.

Et licet in dubio res maneat, vbi philosophice et experimentaliter non demonstratur; sed quia ab hominibus bonae famae, et ex conscientiae integritate, verum, reale, et factibile esse affer-

afferitur, vsque dum processus hariolari posfit, moraliter admittendum esse videtur.

8. Elici autem *Sal* istud ex auro ope menstrui, radicaliter soluentis, soluto, et in tinturam potabilem per spiritum vini rectific. conuerso afferitur.

Arctissimam auri compagem referare et ita resoluere, vt auri substantia ceteroquin ponderofissima, in liquorem menstruo fluidiorem et ei innatare aptum educatur, nec est res magni laboris, nec tanti impendii; ipfis auri-fabris et monetariis notissima.

9. Sed radicaliter soluere aurum, vt amplius in aurum reduci non posfit, extracto videlicet eiusdem sulphure, quod post, colore flauo vel subrubro tingat menstruum: problema est, cui soluendo tot incumbunt laboribus et impensis artistae, tot promissis solutum commendant adepti alchymistae. Quid autem inde speres, quod non amplius est, id quod fuit.

Menstruum huic scopo aptum et sulphur illud hactenus speratum; sed non demonstratum, extrahens, non ex salium corrosiuorum prosapia, sed blandum, insipidum, non discerpens partes auri, sed intextas ramorum inflexorum instar retexens, inducti experimento *Americanorum* et *Chinensum*, qui ope menstrui insipidi, aurum ita molle reddere norunt, ut instar cerae tractari possit. Ettmüller Patre teste in *Mineralogia*, aliisque.

Quaeritur inquam, ex rore *Maiali*, niue aqua tonitruali, imo a spiritu mundi, qui praeter materiam primi elementi nullus est; et ex aliis in se corrosuis, sed dulcificatis, imo insipidis factis tam salibus, quam *Mercurio*, *Antimonio* et *Saturno*.

10. Inter recentissimos, Tinctura illa, quae *Essentiae Dulcis* titulo innotescit, menstruo eiusmodi blando, omnis corrosuitatis experte, aurum purgativissimum radicaliter resoluente, et in substantiam resinosa conuertente, ut tota in spiritu vini rectificatissimo disfluat, ad Deum testem prouocando, consecuta esse dicitur. Sed

Sed nec haec orrofuitatis omnis expers est, nec odore caret, neque aurum radicaliter solutum inde satis fidem facit, quod quomodocunque abstrahas, nullum auri vestigium in ea reperias. Cum et plures sint Tincturae, quae praeter odorem spiritus Nitri dulcis, nullam palpabilem aciditatem, vel corrosiuitatem dentibus inimicam p[re]ferant, ex salibus tamen acidis sint paratae, resoluentes optime, at cum tempore solutum aurum praecipitantes.

II. Non videtur Essentiae dulcis præparatio multum abludere ab illa *Tincturae Auri* præparatione, quam *Ioannes Franciscus Vigani* in *Medulla Chymiae* tradit: menstruo scilicet suo, quod limpidum est, et quod minime corrosuum, neque cutim maculans, nec vestimenta, neque linteal corrodens, affundendo illud foli, addito Sale Philosphorum per fermentationem quandam, Sol mutatur in substantiam spongiosam, cui si affuderis Alcohol vini, sineulla alia additione, Sol soluitur in Tincturam flauam irreducibilem.

Eodem menstruo mediante ex *Mercurio* extrahit Tincturam violaceam, quae post lenem digestionem praecipitatur in puluerem rufum, limido manente menstruo. Ea si in loco frigido ponatur, lapilli perlucidi instar adamantis prouenient, sapore grati et dulces. Quibus non absimilia de sale auri et mercurii depraedicat *Kunstelius*. Sic auctor tractatus: *Elixir Solis et vitae*, tenui liquore eoque dulci, aurum in Tincturam conuertit.

Licet menstruo tali mediante aurum radicaliter soluente, non omnis auri tinctura paretur, vtpote re adhuc indecisa, vel sub quaestione posita; fiunt tamen aliae propemodum infinitae.

12. Specialis est et multae famae, quae in *Actis Academiae Regiae Scientiarum Parisiensis* taliter parata recensetur: Pars vna auri puri in 20. aut 30. partibus spiritus salis dissoluitur, solutioni tantundem olei essentialis plantae aromaticae additur: succusso vase oleum flauo colore tinctum apparet, hoc a spiritu salis separatur, et oleo triplum vini spiritus affunditur, qui oxalidis aut acetosae spiritu animatur.

Nec multam ostendit aciditatem et multo minorem corrosiuitatem illa auri solutio, quae per menstruum ex vitriolo duplice, antimonio et minera cinnabarina destillatum, longis digestionibus, filtrationibus, abstractionibus et edulcorationibus paratur.

13. Illae cumprimis solutiones auri, quae per *Salia volatilia* ex animalibus parata, per spiritum videlicet *urinae humanae*, vel maxime cum *noctiluca*, fiunt, videntur requisitis solutionis auri ex mixto alcali et acidi suspensis, optimo successu respondere. Priorum vide sis varios processus apud artistas. Per hanc autem, probatissimam et conuenientissimam fieri, afferit auctor libri, de *Morbo et Medicina vitae animalis*, sed alterum requisitum, aurum taliter solutum, reduci amplius non posse, experimento haud fulcitur.

Si quae per aquam *Marcasitae*, vel *Spiritum frumenti* cum *rore maiali* rectificato, radiisque solaribus diu exposito, fiat solutio, nullam pariter corrosiuitatem habebit, cumprimis si oleis maritetur.

An

An non etiam ex *spiritu fuliginis* certa encheirisi facto , simile soluens parari possit , cum vel admotus aurum friabile reddat ? in suspenso relinquo.

14. Ignem solum Phosphori *Brandiani* , vel *Kraftiani* , aurum in fluorem redigere , cum vel vehementissimus ignis non tam comburat , quam depuret aurum , nisi a particulis salinis auri poros referantibus adiuuetur , is credet , qui fidem dare didicerit *Kunckelio* similis Phosphori additione ignem ita dirigenti , ut aurum destrueret , atque in rubinum artificialem commutaret ; vel etiam iilustri *Tsirnhausio* solis vitris istoriis solem per solem destruenti.

Daniel Crügerus Curiosus Academicus , veri auri potabilis a se conjecti solutione centrali peracta , meminit , cuius caput mortuum argentei coloris nil nisi mercurium sulphure suo denu- datum Académiae Imperiali exhibuit , aliasque pene LX. Auri potabilis de- scriptiones promisit . Vide in *Actis Lit- terariis Maris Balthici*.

15. Frustra ab auctoritate Hippocratis Thrafonico stylo auri medici alchymisticae præparationem repetere nititur *Christianus Democritus*, quasi ea iam antiquitus in re clara et palpabili, cum toto processu aenigmatische proposita, cum reliqua scientia Hippocratica negligēta quidem, sed tamen in posteros propagata esset. Dum ex Tractatu de *Diaeta* haec verba in suum sensum excerpit: *Aurum operantes tundunt, lauant, molli igne liquant, forti autem non conflatur. Vbi vero elaborant, ad omnia utuntur.* Lege praecedentia de filiuctoribus, aurificibus, et coniunge sequentia: *Homo frumentum tundit, lauat, molit et ubi igne coxit, uitur, et forti quidem igne non conflatur, verum molli ac lento.* Totumque contextum examina et experieris cunctas corporis functiones et motus vitales per mechanisnum et assimilationes mechanicas Hippocratem dilucidare voluisse. Nec plus processus Artis alchymisticae inde erues, quam Nobilissimus *Menkenus* in *Charlataneria Eruditorum*. Gronoum filium, celeberrimi alias nominis Antiquarium, ex ione metallici natipelliti in Saxonio fabricato, sacer-

dotem hierophorum nauigium Isidis portantem, memorat.

Vlterius his immorari praefentis instituti non est, nec manipulationibus re-censendis actum agere; cum nulla Aularum, quae non specialem aliquam Auri solutionem, in forma olei, tincturae vel elixirii pro arcano possideat; nec ullus Chymiaster, qui non de procesiu specialissimo ac noui menstrui inuentione glorietur.

16. Cumque duplex in praeparatis ex auro Alchymistarum scopus: unus pro arte transmutatoria; de qua in superiori Capite; alius pro vniuersali medicina stabilienda, reliquum est, vt de viribus et efficacia tot encomiis exaltatissimorum ex auro medicamentorum, quid sentiendum veniat, tanquam in *παρεξοδω* attingamus.

Vires, inquam, ex auro paratorum dicuntur esse vniuersales, ad mala corporis omnia auertenda, morbos lethales curandos, agonizantes sustinendos, cor et spiritus animales mirum in modum refocillandos, imo in senii retardatione et

et virium reiuuenescentia, solam hanc datam a Numine Panaceaem.

Diffiteri non possum in tanta medicamentorum specificorum incertitudine, summum perfectionis medicae apicem eum attigisse, qui in tanta medicamentorum farragine, quorum oneroſo ſub pondere fatigcit cura Medica, confunditur Medicus, affligitur patiens, et vel ſola *exſpectatione Harueana*, vel a na- tura ipſa, curatur magis, quam a pomposis medicandi formulis, viribus certa, vſu non taedioſa, quantitate non one- roſa, tandem inuenerit remedia.

17. At quot ſunt morborum cauſae, quanta in indiuiduis varietas, quanta ex ſolidis, fluidis corporis, quanta ex ſpiritibus ſeu paſſionibus lege vniōnis mentis et corporis oriundorum differen- tas? et hos omnes vno iugulare gla- dio, non vnius *Herculis* opus eſt. In ipſo integratatis ſtatū, inter tot res bo- naſ et perfectas, vna tantummodo fuit *arbor vitae*.

Longe alia eſt medicamentorum ope- ratio, alia morbos curandi ratio, quam

turba Medicorum sibi persuasit. Recte iudicat elegantissimi ingenii Medicus Battauus, omnia pondere, figura, mobilitate metienda esse medicamenta. Irradiationibus et imaginariis operationibus nullus est locus. Phantasiae et occultae qualitatis eadem est ratio, nulla euidentia.

18. Aurum tamen dicitur sumnum cordiale, et sicut omnibus partibus corporis, unus rector planeta assignatur, sic cordi Sol, capiti Luna, &c. qui eodem cum metallis charactere notantur. At otiosae hae sunt naeniae, prout figurae stellarum, a quibus denominantur.

Quid est cor praeter fibras musculosas. et unde eius exhilaratio? Quicquid spiritibus aut in motu supressis, aut in radiationem contrariam versis, aut actiuitate orbatis, ordinatum, nec violentum motum conciliare valet, sanguini et humoribus in circulatione progressuum motum addere et intra se aequabilem conferuare, vel promouere potest, id vnicce cardiacum est; sic enim blando ad corporis partes diffuso motus mens

mens affecta , exhilarari consequenter dicitur. Omnia aromatica spirituosa , oleosa , suave olentia in censum cardiacorum ex simili operatione veniunt.

Decantatissimus ille *Pulus aureus de Pozzis* annon eosdem effectus in grauissime decumbentibus edet , sine , quam cum auro ? Sed ex ipsis aureorum medicamentorum Patronis , plures substantiam auri ad medicandum inutilem esse credunt ; ideo ad *Sulphur eius* blandum a ventriculi alcahestino liquore non nihil elicitum , configiunt. Per hoc spiritus animales solis ad instar suauiter irradiari , foueri , ac affici , acriaque salia nimis exaltata , illi se combinando actiuitatem et ferociam suam deponere : Imo ab exorbitantiis corrosiuis corpus humanum praeseruare , et furentes omnes ideas sopire statuunt. Sed haec otiosis in Musaeo Chymici conceptibus , non ad lectum stantis Medicis experimento , constant.

Vidi ego Comitissam ex splendida familia , febri continua cum diarrhaea lethaliter decumbentem , cui cum praestantissima remedia aliquid leuaminis

V 3 pol-

pollicerentur, mox conquisitis e longinquo auri Tincturis, aucta dosi frequenter exhibitis, in ferociam, conuulsiones horrendas et deliria cum continua vociferatione incidisse, enormibus his symptomatibus tam diu durantibus, donec vires tanti a letho liberantis remedii, ex spirantibus autem spiritibusque sopitis, placide post obdormiuit.

Effentiam dulcem cum primum innotesceret, maiores exeruisse vires, quam iam vbi nouitatis deferbuit auditas in propatulo est.

Certe encomia, quae non in viuentibus aegrotis solum, sed et in moribundis de efficacia huius sulphuris soluti depraedicantur, experimentis destituuntur.

Defraudare tamen tam nobile metallum, cum ex reliquis varia et virtute et operatione certa parantur remedia, effet, vt haud leuis iniuria, ita et ambitiosae dictatura argumentum.

Aurum in puluerem redactum cordalibus secundi generis, quae introsum-

sumpta absorbendo, salia acria euertendo et motum sanguini conciliando constanter operantur, nec tam cito auolant, accenserit, et si dixeris amicum aetherem per poros auri introsumpti communicari cum corpore, qui luctanti et propemodum succumbenti materiae, cum aethere morbi peregrino, suppetias ferat, non video cur contradicam. Sed si propter remanentem determinationis difficultatem, qualis nam figurae particulae auri introsumptae, quali aether per poros auri communicatus motu et determinatione gaudeat, ut sociatus materiae corporis mei, exoptatum edere queat effectum? priora mihi dare recuset; sciat is, auri particulas introsumptas cuiuscunque tandem sint figurae, pondere suo ut plurimum in corpore nostro operari. Omne enim quod leuius est, a grauiori premitur, et loco quantumpote deturbatur, aurum leuissimas in subtilissimis vasculis stagnantes lymphae particulas premando, in motum concitare, motu inducto, obstructiones remouere et subinde ex talibus causis ortis malis, mederi. Hac ratione chalybeatorum operatio explicabilis est, quod ex commotione

post illorum usum ordinata a Medicis, confirmatur. Cui si addideris, oblongas parallelogrammeas, nec spiculis praeditas auri particulias, motui humorum magis obsecundare, ac ideo ob aequabilem partium non aduersantium motum, ex legibus naturae, plus prodeesse, quam obesse posse.

Auri carentis extinctionem in aqua, omni effectu, siue a sulphure terrestri auri, siue ab aethere per poros auri sui generis, siue a particulis ignis, communicato carere, quis dixerit?

Dum vero ad Mercurium, post curam mercurialem expellendum propinatur, utrum summum illud alcali et unicus acidi magnes, postquam spiculis acidi corporis armatus est, auro in corpore adhaerescat, prout extra corpus? ego valde dubito. Saltem dum per inferiora egestum est, albedine mercuriali tinctum, quis expertus est? Sed tritura Philosophica praeparatum, forte mercurio paria, in lue venerea curanda, efficiet.

19. Insignia illa menstrua , quae pro soluendo corpore auri , ex mineralibus extrahuntur , vbi in vnum corpus cum auro coiuerint , nemo tam infanus erit , vt siue ex alcalinis puris , siue subacidis , siue mixto alcalino-acido parata sint , pro diuersitatis morborum ratione , vi ita concentrata , in manu Medici in applicatione periti , insignes et laudatissimos effectus , non edere , temerarie afferat ?

Mitescunt forte menstrua istiusmodi , dum corpus auri , quoad minima , intra se recipiunt , et instar Theriacae mineralis , tertiam aliquam induunt indolem , qua effectus , a separatis simplicibus vix expectandos , efficacius prodant.

20. Agunt nonnulla remedia immediate in spiritus tantum , et medio eorundem , in fluidis corporis , vires tandem exerunt notabiles.

Multa pars morborum ex radiatione contraria spirituum et regurgitatione humorum , cum primis in tubulis nervis , cum insignium anxietatum , con-

vulsionum, dolorumque sequela, oritur. Atque hic Logica methodo, per purgantia, alterantia, elutriantia clysmata tarde: cito autem et iucunde per antispasmodica mineralia, subuenies. Ut non temere concludas, in radiationibus spirituum, solidorumque oscillationibus vitiatis, similia catholica remedia quidpiam posse: in Chronicis non item.

Ad reiuuenescentiam, nequidem tantillum, quam ad sanitatem, absentia, metus, odii et inuidiae, passionum animae.

Morbi, vbi manus requiritur, erga pretiosum remedium, nulla reuerentia ducuntur.

21. Interea nec hoc inficiari licet, similes effectus, ex iisdem Tincturam Auri menstruis, aliisque quam plurimis, minus pretiosis, et plerumque obuiis, expectari posse. Ut vel ex solis mineris Transiluanicis, *Antimonii solaris* et *Cinnabaris nativae*, montis Zalaknae Baboiensis, rite praeparatis, *Pulueribus*, *Tincturis*, *Spiritibus* et *Extractis*,

tradis, quicunque recte vti nouerit ; centenis veterorum pixidibus, haud inglorius in Arte Medica carebit. Auroque ad laute viuendum ; his ad praeferuandum et in morbis desperatissimis, forma appropriata adhibitis, cum folatio sanitatis et crumena vtetur.

Sed hic pedem figo , et a labore fessus , ostia Aurariae Romano-Dacicae claudio , cum demensi metallici , iam fit finis.




ELENCHVS
CAPITVM ET CONTENTORVM
MEMORABILIVM.

C A P V T I.

*Historiam Aurariarum Romano-Daci-
carum exhibet.*

1	Varietas rerum, perfectionis Dei argumen-	
	tum	1
2	Non omnia propter hominem creata	3
3	Neglectus Metallurgiae in Prouincia metalli-	
	feraci culpabilis	5
4	Daciae Situs, conditio, foecunditas	6
5	Trajanus Daciae Subaëtor	8
6	Columna Trajani	9
7	Dacia felix	10
8	Collegium Aurariarum in Dacia	13
9	Collegii Procurator	18
10	Sub-Procurator. Decurio	22
11	In Inscriptione lapidum mentio	24
12	Slatna vnde dicta?	24
13	Patroiffa Dacica vbi?	25
14	Decebali Thesauri. A Trajano an inuenti?	26
15	Xiphilinus suspectus	27
16	Lysimacheorum piscatura	28
17	Martinusii Thesaurus	28
18	Trajani Thesaurus in Dacia	29
19	Claudiopolitani Crepidarii, thesauri Darii in-	
	uentio fabulosa	29
20	Cyri Thesauri qui?	31
21	Caninius Poeta	32
22	Columna Trajani ex manubiis Dacie	33
23	Mulierum Dacicarum facinus	33
	24 Me-	

E L E N C H V S.

24	Metalla et Mineralia Daciae thesauri	34
25	Damnari in et ad Metalla: in Salis fodinas.	35
26	Dalmatae ad laborem auri adacti	35
27	Incolarum Daciae labor in aurariis.	38
	Tractus Metallicus aurifer	38
28	Loca aurata Daciae	39
29	Transuetio auri ex Dacia	41
	Cellarius emendatus	42
	De prouentu auri Daciae annuo coniectura	43
30	Metallurgia florens Prouincias ditat.	43
31	Dacia triplex	44
	Malatae chronographia notata	45
32	Scytha et Hunni Romanorum successores in Dacia	46
33	Hungariae Reges Christiani, culturae metal- licae intenti	47
34	Saxones in Daciam vocati	47
35	Oppida metallica Daciae	48
	Auraria Dacica, est Abrudbanya, primarium oppidum metallicum	48
36	Litterae Metallicorum	49
37	Offenbanya, Keresbanya, Rézbanya, oppida metallica	51
38	Zalaknae peregrini metallici locati	52
39	Metallici Abrudbányenses caesi	53
40	Alba-Iulia euersa quando?	53
41	Commissio Cameratica Oeconomiam metalli- cam instituit, et Generalis Steinuille restituit, et promouit	55.

C A P V T II.

Laborem auri Metallicum exponit.

1	A urum liberum, coactum	56
2	Daciae aurum Liberum	56
3	Auri granulati duo pondo	58
	Massa arbusti specie	58
4	Galeae forma 800 ducatorum pondere	59
5	Palmae cum digitis	59
	6 Maf-	

E L E N C H V S.

6	Massae diuersi ponderis	59
7	Crucifixi forma	60
8	In Silice montano	60
9	Filamentum frutici intextum	61
10	Guttae in botris, et acini	61
11	Cimeliarchium Viennense	62
12	Aurum argilaceum, Farinaceum, Scorza quid?	63
13	Czebeanum aurum quale?	63
14	Aurum fodinale figurae variae	63
15	Musaeum Kircherianum	65
16	Aurum an in magna copia?	66
17	Instar fabae Sthalio rarum; in Dacia non	66
18	Historia Metallica Plinii	68
19	Fluuii auriferi Dacie	74
20	Aurum fluuiatile	76
21	Putei fodinales	76
22	Ruinae montium	77
23	Alutatio quid?	77
24	Canalitius labor auri	77
25	Venarum ductus, qui denominantur	78
26	Tignatio fodinarum	78
27	Pili praeferrati cui vñsi?	79
	Mortaria tusoria Romanorum	79
28	Fodinale aurum argentatum	79
29	Scoriae metalli	80
30	Catini et catelli probatorii. Tasconii	80
31	Fodinarum prolongatio	81
32	Mensura temporis in fodinis	81
33	Excauatio fodinarum	82
34	Venae intraetabiles qui subiguntur?	82
	Terebrae fodinales	83
	Pulueris pyrii vñsi	83
35	Curfor metallicus	83
36	Campanae trabales	84
37	Corrugii quid?	84
38	Chrysopliforum aquae vnde?	85
39	Agogae lotoriae	85
40	Arrugia	85
41	Scamna lotoria qualia?	86
42	Tabulae rostratoriae	87

E L E N C H V S.

43	Canales lotorii	87
44	Corbes lotorii quales?	88
45	Vellus aureum vnde dictum	88
46	Labor fodinalis constantior et vtilior	89
47	Putealis labor, vbi?	89
49	Venarum notitia	90
49	Virgulae diuinatoriae incertitudo	91
50	Venae casu detectae	92
51	Ruptura Abrudbányensis Vestigia metallaria Romana	94
52	Cuniculorum Romanorum, Puteorum	95
53	Glebae metallicaes extra foueas	96
54	Molae quassatoriaes	96
55	Aurum ligatum quid?	97
56	Aurum argentatum	97
57	Argentariae Dacicae	98
58	Bistricenes	98
59	Rei metallicaes Scriptores	98
60	Metallurgiae scientia theoretica nulla	99
61	Regulae vniuerfales metallicaes	100
62	Machina Archimedaea	101
63	Pyrotechnia Aurilegulo vtilis	102

C A P V T III.

Laborem auri Monetarium declarat.

1	Marcasita auro mixta	103
2	Amalgamatio auri	104
3	Molae amalgamatoriae Peruvianorum	104
4	Romani amalgamatione vñi	105
5	Caementatio auri	106
6	Caementationis incommoda	106
7	Quartatio quid? Separatio per viam humidam	107
8	Aquae fortis praeparatio; cautelae	108
9	Aqua Regia	109
10	Antimonium purgat aurum	109
11	Aurum Hercyniae quomodo extrahitur illaeſo argento	110
12	Budaei opinio	110
13	La-	

E L E N C H V S.

13	Lapis Lydius	111
14	Romanis in vsu	112
15	Pondus auri puritatis index	112
16	Hydrostaticum instrumentum	113
17	Cupellatio qui fit	115
18	Caractae	116
19	Carisii numus	116
20	Aurum quando signatum, Auri in numis vtilitas	118
21	Numi aurei Graeciae	128
22	Romanorum quales?	119
23	Numorum puritas Romanis curae	121
24	Monetales Trium-Viri, e Tribunis, ex equestri Ordine	121
25	In numis Dacicis frequens mentio	122
26	Monetae et aequitatis idem simulacrum in nummis	126
27	Numi aurei usus ad Maiestatei spectat	128
28	Aureus Romanus	129
29	Monetae aureae requisita	129
30	Premium auri ab Imperante pendet	129
31	Non semper idem	130
32	Ordinarium, decupla ratione ad argentum	132
33	Dacicum aurum Romam vectum	133
34	Aurei numi in Dacia pauci usi	134
35	Argentei reperiuntur quotidie plurimi	134
	Analecta Dacica, Apulenia	135
36	Dacorum numi non prostant	135
37	Vaiuodae an cuderunt, et quando?	137
	Numismata, numi aurei in Dacia Transilvania	137
38	Ioannis Zapolya	137
39	Ioannis Sigismundi, et Isabellae	140
40	Stephani Bathorei Principis Transyluaniae, et Regis Poloniae	146
41	Christophori Bathori	147
42	Sigismundi Bathori	150
43	Andreae Cardinalis Bathori	154
44	Moysis Siculi	156
45	Civitatis Coronensis	156
46	Georgii Bafta	159

E L E N C H V S.

47	Civitatis Cibiniensis	160
48	Stephani Botskai	161
49	Sigismundi Rakoczi	164
50	Gabrielis Bathori	165
51	Coronenstium	169
52	Cibinensium	171
53	Gabrielis Bethlen	171
54	Catharinæ Brandenburgicæ	180
55	Stephani Bethlen	181
56	Georgii Rakoczi I. et II.	182
57	Francisci Rhedei	186
58	Achatii Bartsai	187
59	Ioannis Kemény	189
60	Michaelis Apafi	190
61	Augusti Leopoldi M. et Augusti Iosephi	194
62	Emerici Tökölyi	195
63	Rebellionis Praesidum	195
64	Exequiale Gubernatoris Georgii Banfi	197
65	Constantini Baßarabæ de Brankovan Principis Valachiae	199
66	Augustissimi Principis Transiluaniae Caroli VI.	200
67	Monetariae Transiluanicae	200
68	Figura numismaticæ Authoris	205

C A P V T . IV.

*Constitutiones Provinciales de Re Metal-
lica et Monetaria recenset:*

1	Metallifodinae sunt iuris Regalis	206
2	M Nobiles iure Feudi tenent, quicquid habent	207
3	Metallifodinarum cultura licita	209
4	De fundis Dominorum terrestrium conuen- tio fit.	209
5	Prouentus fodinalis Fisco dandus	210
6	Census Abrudbányensium loco vrburae	211
7	Euectio auri interdicta	212
8	Campfio auri	212

E L E N C H V S.

9	Decimae remissae	213
10	Privilegia Metallicorum Zalaknenium	214
11	Cusio monetae, Regale Principis	214
12	Monetae falsatores, Cusores	216
13	Oeconomia Aurariarum Dacicarum	217

C A P V T . V.

Originem, Generationem, et Proprietates auri demonstrat.

1	Hypothesis Physicae	218
2	Tria elementa	218
3	Terra est Planeta	219
4	Tres terrae regiones	220
5	Rudimentum Metallorum	221
6	Succi acres Metallorum bajuli	222
7	Venarum metallicarum ortus est locus	223
8	Generatio Saxorum	224
9	Auri descriptio vulgaris	225
10	Descriptio Physica	226
11	Generatio auri	226
12	Variae figurae	229
13	Nidi auri	230
14	Spiritus minero-metallicus	231
15	Concretionis auri cauae	232
16	Maturitas; et immaturitas metalli, ingenii commentum	233
17	Generatio auri quotidiana, experimento Val- lis Rubrae Abrudbányensis, Czebeanae lo- turae; ex scoris antiquis	234
18	Historia Leuwenhökiana	238
19	Aurum glebis inspersum	244
20	Aureae guttae botrorum	245
21	Lapis Meteoricus Bozaianus	246
22	Acini aurei	247
23	Auri color vnde?	248
24	Soliditas auri	250
25	Poris non obest	251
26	Pondus auri, vnde?	251
27	Non	

E L E N C H V S.

27 Non a spiritu vniuersi	252
28 Proportio ponderis Metallorum	253
29 Ductilitas auri vnde?	255
30 Aurum igne non perditur	256
31 Rubigini non obnoxium	257
32 Mercurio adhaeret	257
33 Ab aqua forti corroditur	258
34 Auri principia chymica	259
35 Transmutatio Metallorum	260

C A P V T VI.

Laborem Auri Medicūm examinat.

1 Auri usus in medicina	272
2 Trituratio auri	273
3 Calces auri	274
4 Aurum fulminans	274
5 Crocus auri	275
6 Sal auri an detur?	275
7 Sal Metallorum	275
8 In Tinctoriam soluitur per menstrua varia	279
9 An irreducibile	279
10 Essentia dulcis	280
11 Tinctoria Vigani	281
12 Parisina	282
13 per salia volatilia	283
13 et Phosphorum	284
15 Hypocrates an Alchymista	285
16 An aurum vniuersalis Medicina	286
17 Incommoda Tinctoriae auri	287
18 Vires auri medicae	288
19 Menstruorum eaedem, et certae	293
20 Catholica remedia agunt in Spiritus	293
21 Antimoniata et Cinabarina optima remedia.	294



HISTORICO - PHYSICO-
TOPOGRAPHICA

V A L A C H I A E
AVSTRIACAE
S V B T E R R A N E A E
D E S C R I P T I O ,

A D

FAMIGERATISSIMVM DACIAE SECRETARIUM

S A M V E L E M KÖLESERIVM
DE KERES-EER,

Virum dignitate , ac litteris illustrissimum ,
Epistolari stylo exarata ,

A

MICHAELE SCHENDO R. C. EQ.

V A N D E R B E C H,
AA. LL. Philos. ac V. Medic. laureato Doctore.

*Amplissime ac Sapientissime Vir,
Mibi semper colendissime!*

Hanc Tuo, Vir sapientissime, licet
nutu conceptam Valachiae sub-
terraneae descriptionem, quam Tu defoecatissimo obtutu minus dignam
censui, Tibi communicare diu haesita-
ueram, bene conscius nil Tibi nisi li-
matum numerisque omnibus absolutum
offerendum, quod in hoc obortiuo fae-
tu subsultorie efformato, currenti ani-
mo rudique Minerua itinerantis, eius-
demque ad Medica semper obsequia
distracti ingenii confociis, nequaquam
digesto, aut maturato frustra exopta-
ueris. Sed cum nouissima Tua deside-
ria mihi haud pridem Carolinae pate-
fecisses, quorum a me fieri planiorem
quandam mentionem benevolentiae Tuae
imperium exigebat, iure meritoque ob-
temperaturus, mearum statim esse par-
tium sum ratus, Tuas graues in admini-
nistrandae Reipublicae munere occu-
pationes si non recreare, leuidensibus
saltēm hisce notitiis distinquerere. Quae-
cunque mihi curiosiora, Antiquitatem,
Mineras, aut Thermales aquas respici-
entia, Valachico transacto itinere,

cum Excellentiss. Caesareo Campi Mareschallo et Prouinciae vtriusque Praefecto, quem huiusmodi studiis summooperre delectari Tibi dudum compertum est, obseruanda contigerunt, succinete et calamo occupatissimo (vt Tuis eruditis vtar verbis) hisce illita pagellis fidelissime expono: hoc Tibi persuasum exoptans, si temporis vel angustiae, vel conditiones minus obstitissent, me hanc spartam implere melius potuisse ac exornandam suscepturnum fuisse.

Atque vt inde exoriar, vnde itineris ceperam primordia: Gemmas esse metallicas calces, ignis subterranei violentia vitrificatas, arbitrabatur *Beckerus*; vnde in Granatis et Rubinis aureum; in Smaragdis et Chrysolithis cupreum; in Amethystis et Zaphiris stanneum; plumbeum in Opalis et Hyacinthis venabatur odorem. At licet in metallis et semimetallis Tincturarum bases agnoscerem; et Gemmas esse Chrystrallos, quae prout variant ratione duritie et multiplicate fluoris metallici imbutae sunt, eatenus acquirere diuersa nomina opinarer, a Becheriana tamen sententia cogebat recedere, dum ante duos citer

DESCRIPTIO.

citer annos, Zaphirum coeruleo colore ad ementiendum Adamantem experimenti gratia spoliaturus, postquam auro fuso innatantem inter ignis validioris torturas iusto diutius detinuisse, Gemmam quidem diaphanam, et pristina orbatam omnino tinctura obtinerem, ita tamen calcinatam immutatamque, ut salua semper figurae primaeuae superficie in inumeras bracteolas tenuissimas leui vnguium adminiculo scissilis dissolueretur. Hinc gemmas omnes inexpertes fusionis et refractarias nil aliud esse opinabar, quam mire complanatas tenuissimae superficie lamellas ac bracteolas undeque laevigatissimas, mutuo figurarum amplexu et basium sibi inuicem adhaerentium coalitu coagmentatas, subtilissimo fermeque imperceptibili quodam metallico veluti glutine ferruminatas; earumque duritatem ex arctiori angulorum cohaesione firmiorique superficerum mutualitate petendam. Quin imo *Gassendianum* de salibus experimentum et incomparabilis *Dominici Gulielmini*, Professoris olim Patauini, de eorundem chrystallisatione doctrina, huic velificabatur sententiae: quippe iuxta *Wilhelmum ten Rhyne*, de Salium Figuris⁶

anatica Salis communis, Nitri, Vitrioli et Alummnis portione in eadem aquae lagena dissoluta, et leui euaporatione praecessa ad chrystaliifandum reposita, curiosum et Aristotelicis Hypothesibus inexplicabile Phenomenon suscitatur, in illa salium dissolutorum miscella et variarum figurarum liquido innatantium confusione pristinam ideam retinentibus singulis, et iuxta ingenium figurae secendentibus salibus, per aequalia superficierum strata inaequalem angulorum ordinem recuperantibus; illaesa interim diaphani perspicuitate, vti in sale Gemma aqueum Chrystallorum Mineralium nitorem aequante, vel superante: Vt figura in Nitro sexangularis; in sale communi Cubica sensim ad pyramidem adscendens; in Vitriolo Rhomboica; in Alumine Octaedrica perenni ordine semper seruetur, vt videre est in *Hornii Arca Mosis*, et *Listero de Thermis et Fontibus Medicatis Angliae*, Cap. 5. Meliori verum tamen experimento ad suscep tam ideam confirmandam usus, oculorum ac mentis aciem conuertebam in illud Talciforme productum, seu specularem lapidem, qui Glacies Mariae, Germanis: *Frauenglas* et *Razensilber* dictus,

D E S C R I P T I O.

ctus, tenuissimo lamellarum diaphanarum contextu, strato stratis superinducto, vel ob aëris interpositi renitentiam, vel ob superficierum discontinuarum inaequalitatem, vel ob glutinis pinguioris inopiam, haud debitam duritatem nactus, in bracteolas facile separabile concretum fistit, ita ad amussum calcinatarum gemmarum Synthesim exhibens, ut quod mihi analysis artificiosa detexerat, naturalis huiusc geneseos impedimenta vel maxime confirmarent. Licet huismodi Talciformem indolem (ad quam diuerfas Amyanthorum et Aluminum Plomoforum species referre placuit) oculatis manibus saepius tractauerim, eorundemque in igne constantiam miratus per aquas Chryfulcas acidosque Spiritus ad meliorem frugem reduxerim, mihi tamen hactenus non contigerat inexhaustam ferme mineram reperire, huiuscmodi lapidibus eleganter scintillantibus superbientem; quo usque *Arxauia* versus *Coziam* (Valachicorum coenobiorum ex praecipuis vnum) mouenti, inter inaccessos rupium anfractus et montium filiceorum cacumina, spatiostam, commodam currulemque viam

Tra-

Traianae spei desideria excedentem ,
pyrio puluere humanae imbecillitati suc-
centuriante , *Steinuilliana* sedulitatis in-
dustria complanasset. Videlicet vltra
fluvium *Lotram* media circiter hora
progressis , disruptis per repetitos cuni-
culos ardui montis visceribus , porten-
tosae magnitudinis saxa hinc inde disper-
sa se exhibebant , quae innumeris
argentei splendoris tabellis exornata.

Clara repercuſſo reddebat lumina
Phoebo.

Hinc huiusmodi concreta , Naturae
ne opus perfectius molientis immatura
veluti stamina , aut errantis vel luden-
tis abortiuia conamina veniant compel-
lenda ? Dubia agitatus sententia parti-
culam ex minoribus vnam Tuæ , Vir
Clarissime ! polimathiae praefentibus fi-
stere duxi , vt maturo Tuæ opinionis
oraculo illustrarer.

Propter lamellarum perspicuitatem ,
tabellarum exilitatem ac latitudinem ,
Moscouiticum Talcum reliquis prae-
fertur ; vnde cum aliquot horis *Rimni-
co* distans Coenobium , *Orefium* , ab a-
qua

D E S C R I P T I O.

qua eiusdem nominis praeterfluente denominatum Brancouanis sumtibus magnifice extructum appulissemus ; cubiculum prae ceteris eleganter dispositum inspiciebamus , cuius fenestrae non vitreis, sed nitidissimis, non glauci aut viridiusculi , sed candidi argenteique Talcii quadratis laminis ornabantur , quarum diametrum ultra spithame latitudinem , cum se vel maxime commendaret, ratus me iterum vicinam Coenobio huiusc lapidis specularis Mineram detecturum ; responsum accepi propter lamellarum tenuitatem et haud omnibus numeris absolutum nitorem , *Lotrense* super attactum Talcum nequam usurpari, sed ex Moscouia huiusmodi faetuum feracissima ad hasce partes in diuersos usus transferri.

Altero ab urbe *Rinnici* lapide versus Monasterium *Gouora* passibus circiter trecentis a via regia versus dexteram diffitus, mons ferme inacessibilis distat argentei nitoris apicibus rutilans ; videlicet nouum Amyanthinum concretum in copia ministrat, quod splendidi candoris elegantia perlarum matrices praecellere dixeris. Non hic strata stratis,

tis, aut laminae laminis superinductae visuntur; sed tenuissimorum canaliculorum manipulos et Cylindrulorum me-
ra glomeramina (arctissimo licet vin-
culo conglutinata laeuigatum ac durum
corpus constituant) inuicem separabilia
et in inumeros eiusdem figuræ flo-
cos desinentia deprehendimus, quae de-
nudatorum muscularum fibras, aut vil-
losa carnis coctae stamina ad amissim
repraesentabant.

Romanae Antiquitatis testem, amplif-
simam Traianam viam paulo post in-
gressi dum vel ipso in exordio lento
aliquantis per gressus promoueremus, oc-
currit in praeruptis ad Orientalem *A-*
lutæ ripam saxis votiuum quoddam Ro-
manorum excauatum altare, antri po-
tius, quam delubri speciem eleuatis
numero pluribus in limine gradibus pree-
se ferens; ad cuius radices perennis
scaturiens riuulus blando aquarum de-
labentium fusurro, quamdam veluti ta-
citam loci vetustissimi religionem pere-
grinantibus incutit.

Hinc trium circiter horarum iter ul-
terius prosequentibus ingens in Occi-
den-

D E S C R I P T I O.

dentali eiusdem Alutae ripa , isque planissimus tractus patebat, Auri ex arena lotura celebris: quod non solum magis graduatum , vtpote argenti Miscela nequaquam inquinatum , Transiluanicum aurum examinis iudicio praecellit, sed et copia rudium collectorum negligentiam compensante , et insolita granulorum magnitudine distinquitur. Neque enim in solo fluvio *Aluta*; sed et in *Argisch* et *Dombouiza* (in quibus frequens est huiusce aureae loturae cultus) obseruare licuit, non Auri tantum ramenta ac subtiliorem scobem separari ; sed et lapides ferme siliceos grauiori pondere se commendantes, nulloque licet externo metallici vaporis vestigio notatos, dein confractos tamquam nucleum aurum purissimum granulatum drachmae vnius pondus saepe aequans in cauitate lapilli delitescens exhibuisse.

Dimidium Traianae viae spatium e-
mensi sinistrorum ad montana uno circiter deflectentes milliari, monasterium *Polbratz* , inuisebamus, locum natura et altioribus imminentibus circa circum montibus munitissimum: cuius ag-
geres

geres limpidissimus torrens praeterflens lambit, qui per trium cavitates montium praeterlabens ingenti fragore suam scaturiginem prodit. Hinc penes celebres ferrifodinas duabus horis *Polbratzio* distantes, ingentis montis patet ad radices hiatus, cui aquas vndeque deciduas excipienti, qualecumque lignum, aut aliud leue innatandi capax subiectum concreditur, per subterraneos Meandros *Polbratzium* deportans, ex alio alterius montis foramine fideliter euomit.

Latepatentem *Polbratzii* planitiem potenti Romani exercitus industria plantata filua nobilitat: quae soli aequalitate, viarum sibi inuicem respondentium serie, arborum proceritate, collocatum ordine ac arte, horti potius quam nemoris faciem exhibens, non parum Romanae dignitatis argumentum hisce viciniis suggerit ac perennat.

Superatis aliquot Ferrifodinas diadematis instar cingentibus collibus, excel-
fi verticis montem, marmorea equae
superficiei, equo inaccessum felioribus
pedibus scandebamus, ad cuius prodigia
cu-

D E S C R I P T I O.

curiosis oculis excipienda, Monachorum impulsibus mouebamur. Itaque vbi securior aditus nonnisi inclinato corpore perius patet infra medietatem montis capacissimis fornicibus naturaliter arcuaturn, armati facibus antrum ingrediebamur, quod Chrystallini candoris pellucidis incrustationibus exornatum, marmoreis columnas casualiter aemulantibus excrementiis distinctum, tecto figuris diuersicoloribus animalia quaeque ruditer repraesentantibus extructo superbiens; et paumento lithostrato, seu opere, vt aiunt Musiuo tessellatoque instar granulati, aut vermiculati strati affabre elaborato praeditum: Atria, Musaea, Coenacula, Laquearia, Triclinia, Templa, Altaria repraesentant: vt taceam spatiofissimis anfractibus deflectentes in biuum Porticus et columnarum serie distinctos fornices, bifida concamerationum diuariatione far longo tractu desinentes, quorum singulos in duas acies diuisa comitua nostra percurrentes, neutris aliorum praelucentes taedas spectantibus, tandem per tortuosos rupium Menandros semihorae quadrantem progressi, vni alteris obuii in amplissimum circum terminantibus

viis iterum coniungebamur. Sed quis
quaeso tot marmorum incrustationes,
tot specus spatia, tot inexploratae lon-
gitudinis femitas, tot callium diuerti-
cula percurrere non lassatus fuisset?
dum et gradus ipso in faxo modo sur-
sum, modo deorsum cochleatim ten-
dentes, nouas tentato examine subter-
ranearum concamerationum contignatio-
nes patefaciebant, recentem toties sce-
nam diuertentibus exhibentes. Sufficiat
absque fuco fateri, quod per integrum
horam hinc inde vagatos, veritosque
ne facum lumen deficeret, aut in illis
labyrinthis fane latibulis ac tenebri-
cosis receffibus nos exitus falleret, vi-
teriora scrutandi cupido tandem desti-
tuerit. Sed quid diutius moramur?
Antrum videlicet lapidescentium aqua-
rum stillicidio faecundum, nos ingref-
fos, Vir sapientissime! vel prima fron-
te percipies, ex quarum, plurimorum
annorum tractu, casualibus exrescen-
tiis et perennibus protuberantiis sensim
per partium iuxta positionem accrescen-
tibus, haec mira rerum facies propul-
lulauit.

Hinc

D E S C R I P T I O.

Hinc limpidissimum et insipidum plane laticem lente extillantem ubique percepimus, qui in solidam et fixam concrescens substantiam in Saxeoglaciales Cylindros peniles desinebant, candidos atque spongiosos, *Lac lunae*, seu *Saxatilis Marga Metallurgorum* idiomate compellatos. A qua enim pluialis per tractus subterraneos Calcario lapide refertos transcolata dum multum de teneriore terrea et lapidea substantia secum abripit imbibitque, dum ad satietatem turgida suam sarcinam derrlinquit, lapidosam Tophaceam in primordio molliusculam; sed quae mox in aëre valde indurescit, materiam dimitit, quae ex aqua secedens lapidificationis admirandae saepius propter cafuales imagines ac figuram, quas exhibet, caussa materialis existit. Hinc etiam fit, ut omnes illi lapides, qui ex aquis deciduis concreuerunt, si acri urgentur igne, in calcem acerrimam comburantur. Quae sane omnia Historiam ne an Fabulam Kircheri in *Mund. Subterrani. Tom. VIII. Libr. X.* illustrant, dum pagos integros cum omnibus viuentibus inquilinis, quam brutis subito ab aura *Gorgonica* (fit venia vocabulo

barbaro) seu lapidifica petrefactos fatis temere retulisse, haud infimi nominis Critici censent.

Ferrifodinas quod attinet, ditiores in vniuersa Caesareae ditionis amplitudine frustra quae siueris; vel enim Minerarum copiam vbertatemque respicias, vel puritatem, vel docilem fusionis indolem ac dulcem metalli temperiem nulli quod sciam cedere dixeris. Hinc nil mirum, si vetustis Valachiorum Vaiuodarum laboribus hanc Mineram celebrem extitisse constet, quam licet vicissitudines illius prouinciae systematis familiares, saepius et diu intermitti otiarique passae fuerint, Brancouanis tamen sumtibus reparatam non paruum ad eiusdem redditus augendos momentum contulisse referunt. Quod si rudi ac plane fabrili Valachorum, aut Cingarorum manu tractata, adeo vtilia hactenus officia praestiterit; quid si Caesareorum artificum excoleretur industria sperandum maneret? Accedit et illud, quod Croco rubicundissimo scateat solaris indolis, a quo per simplicem cum Hydrargiro trituram purissimum aurum separabamus. Neque defunt Acidularum

rum fontes hasce Martiales fodinas exornare, quae cum forti decoctione Gallarum comixtae nigerrimum atramentum fistebant. Quas licet rudium incolarum adulta barbaries in medicos vpus recipi hactenus obstans, nil certi de earumdem effectibus pronunciari posse permittat, saluberrimi tamen vpus futuros minime dubitamus. Vno a Martialisbus aquis milliari, hic vbi praerupti montes in Alutam exonerantur, larga reperitur argenteae Marcasitae vena nitidissimo splendore rutilans, duodecim pedum geometricorum latitudinem et triginta longitudinem aequans, quae instar metallicae fuisse massae, torrentis cuiusdam anonymi alueum crassissime incrustat. Quae (cum Marchasita argenti spuma ab *Agricola, de Re Metallica*, vocetur) anne pingue argenti subfe Mineram latentem contineat, aut vapor aliquis Saturninae indolis inibistabulans, ac delitescens haereat, aquarum Marchasitae forsan ramenta transuehentium Magnes ac quoddam veluti praecipitans, quae per strata stratis superinducta, longa aetatis serie, in tam crassitatem adoleuerint, Problema Mineralogis esto.

Neque minorem merentur animaduersionem Cuprifodinae in *Tismanna*, vulgo *Baia de Aramo*, adeo cupri melioris notae feraces, ut intra aliquot hebdomadarum spatium, tercentum pondo ex fusione collectos, Caesareus fodinarum Inspector in loco ipso affirmauerit. Triginta et ultra hic patent profundissimae foveae puteorum instar excavatae ad metalli per rotas et circumductos Trochleis restes, Germanorum more eruendi facilitatem. Hinc labores hosce Germano alicui, aut cultioris nationis artifici suos natales debere coniicio, miratus tot annorum indefessis laboribus venam haudquaquam exhaustam, diu adhuc et large duraturas spes foxxoribus subministrare. Hic etiam Tismanenses Thermae non sunt reticendae, quae cuprea austernitate notatae, dulcedine licet incautos ad potum allicientes blandum promoueant vomitum, externa tamen genii vitriolici balneatione, inveterata vulnera, Phagadenica vlcera et alias huinsce typi saluum scorbuticorum efflorescentias experimento certissimo sanant, et aegrorum frequentia nequaquam destituuntur.

Quid

Quid montes referam ardentes, aliquot annorum spatio fumantes et sulphureo nidore, longum *Benzenski* tractum inficientes? Carbones inibi fossiles in copia effodiuntur, quos siluarum potius olim consumitarum reliquias sulphure ac bitumine coagmentatas esse crediderim. Ad illorum montium radices calidissimae insuper scaturiunt Aquae Thermarum *Teplicensium* celeberrimarum in Bohemia, ad odorem saporemque meo iudicio, prorsus aemulac. Locus itidem in iis reperitur viciniis falso fonte celebris, ad quem proximiores incolae armenta sua solent impellere, ut eiusdem gratuito potu ac obuio prouentu, falsis venalis consuetis parcant expensis. Salinas ibi reconditas primo in limine arguebamus; sed tentato per aquae copiosae euaporationem examine, nullum sal subfidens obtinere valuimus, cum idem penitus volatile, effugiente per ebullitionem aqua, aequa tenues, in auras euaniisse deprehendimus. Memorabile insuper est, quod si hae aquae destillationi subiiciantur in vase clauso, vapor et aqua distillata nullius sit saporis, neque quicquam salini in capite mortuo, siue

in aqua se repreaesentet nullo nisi insipido quoddam relicto , omni falsa et spirituosa parte penitus destituto. Hinc celebre illud *Glauberi* experimentum illustrari potest , quo sal commnne addita cuiusdam olei portione in tenuissimum vaporem , qui etiam totum conclaue implere possit , dissoluitur. Ceterum praeter plurima fontium salinorum miracula , Salisfodinas in Caesarea Valachia decantatissimas , *Okna mare* , dictas , hic minime recensendas duxi , vtpote quas nil si amplitudinem excipias a Transiluanicis differre animaduertimus.

Aquas vero huiusce Occidentalis Valachiae insalubres ex potiori parte coniecimus , vtpote , quae vel lixiuiofae , alkalico-nitrosae , vel aluminosae , primarum viarum fermentis perniciofae , saleque austero-acri volatili turgidae , haud aliter ac montanis Styriae incolis euenit , potatoribus Bronchocelem prognunt , seu strumosas gutturalium glandularum excrementias in contumaces nulla arte extirpabiles circa fauces scyrrhos degenerantes. Quod aëris tem-

D E S C R I P T I O.

temperiem spectat, ac plurimis para-
fangis finitimas excedentem terrae fo-
cunditatem, praecoci fructuum prouen-
tu, pascuorum ubertate ac liberalis
annonae copia, Tibi satis notas haud
circumscribo; cum *Valachia Daciae Hor-*
reum absque fuco vocari possit.

Tandem vbi fluuius *Aluta* in Danu-
bium exoneratur, haud procul locus
est, *Ghirle* vocatus, in cuius vasta
planicie usque longe distans oppidum
Caracalla, spatiosa visuntur Romanorum
Castra, et amplissimae eorundem metae
ac stationes, quibus tergum fluuius
Aluta claudit, frontem vero innumeris
artificiose dispositi colles, seu in fortalitiorum
formam exstructi monticuli de-
fendunt, in quorum prominentiis Ro-
mani exercitus collocatas excubias,
aut Ducum eleuata tentoria fuisse o-
pinandum. Cuprea hic frequentissime
effodiuntur numismata, Romanos castra
hic metatos olim fuisse abunde testan-
tia: quod et arcis ad castrorum latera
exsurgentis, Romanoque more (vt
pasim in Dacia) quadrato lapide ex-
structae rudera satis euincunt.

Quas vero praeter impolita opera
neque vlla artis industria conspicua,
reliquas per transennam attritas specta-
uimus statuarum exuuias et cadauera,
magni olim ac illustris corporis miser-
abile sceleton, aut Romanae vetusta-
tis vestigia non pauca hinc inde di-
spersa reperimus: licet non contem-
nendas veterum monumentorum reliqui-
as, easdem temporum iniuria et cre-
bris Tartarorum desolatoriis excursioni-
bus adeo vitiatas ac mutilatas scias,
vt in illa incolarum mendaciis et su-
perstitionibus enutritorum caligine vix
aliquid certi ac praeiudiciis liberi ex
illis tristis ruinae vestigiis referri posse
arguendum remaneat.

Sed ne vltra clepsydram, vt aiunt,
declamare videar, hic Vir sapientissi-
me! subsistam et vela quodammodo con-
traham, mihi veniam impertiri velis,
enixe flagitans, si accuratiori elucu-
bratione Tua explere desideria hoc mihi
perfunctorio itinere non licuerit; dum
Tua nimis pretiosa in me studia et of-
ficia, suauiorem auram annuentibus fa-
tis, dignius post hac excipere adlabo-
rabo.

D E S C R I P T I O.

rabo. Vale sumnum artis nostrae Decus , et nisi turbae aulicae locorumque mox adhuc futura maiora interualla prohibuerint, commercio litterario me etiam in posterum beare, vt es saepius sancte pollicitus , ne de-digneris.

Albae Carolinae, postridie Kalendas Julii. Anno Reparatae Salutis: 1720.

Amplissimi Tui Nominis

Cultor haud exiguum

MICHAEL SCHENDO

de Vanderbech,

AA. LL. Phil. et V. Med. Doct.



~~15,000~~
120,000 -

